

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Jacob Döbel Johann Neukrantz

**Johannis Antonidae Vander Linden Tertii Meletematum Medicinae Hippocraticae  
Contractorum & Illustrorum Pars Altera : Exhibens Universam Semeioticam  
Specialem**


Rostochii: Richelius, 1671

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730123332>

Druck Freier  Zugang



R U. med. 1671  
Johann Jacob Döbel Preis.  
Johann Anton Neufranz, Resp.



ANTONIDÆ  
LINDEN  
ARTII  
EMATUM  
IPPOCRATICÆ  
& illustratorum  
ALTERA,  
*ibens*  
ERSAM  
OTICAM  
ALEM,  
*uam*  
uatro Summo,  
m examini subjicit  
S JACOBUS  
, Med D. P. P. Poliater,  
p. t. DECANUS.  
NDENTE  
TONIO Neufrang/  
censi.  
Octobris.  
meridianis,  
rjo Magno:  
  
OCHII  
NIS, M. DC. LXXI.



U. JOHANNIS ANTONIDÆ  
VANDER LINDEN  
TERTII  
MELETEMATUM  
MEDICINÆ HIPPOCRATICÆ  
Contraætorum & illustratorum  
PARS ALTERA,  
*Exhibens*  
UNIVERSAM  
SEMEIOTICAM  
SPECIALEM,  
*Quam*  
Auspice Archiatro Summo,  
Publico eruditorum examini subjicit  
JOHANNES JACOBUS  
DÖBELIUS, Med. D. P. P. Poliater,  
& Facultatis suæ p. t. DECANUS.  
*RESPONDENTE*  
JOHANNE ANTONIO Neufrang  
Lubecensi.  
*Add. XI. Octobris.*  
Horis antemeridianis,  
In Acroaterio Magno.  
  
ROSTOCHII  
TYPIS RICHELIANIS, M. DC. LXXI.

VIRIS  
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, CONSUL-  
TISSIMIS, AMPLISSLIMIS,

DNO. MATTHÆO Rodden/  
Liber: Imper: Reipubl: Lübecensis  
Proconsuli meritissimo.

DNO. JOHANNI Ritter/  
Jcto excellentiss: Consuli Reipubl. dictæ  
gravissimo, Sacriq; Palatii Comiti fulgidissimo.  
Dominis & Fautoribus suis maxime  
suspiciendis..

ut &  
NOBILISSIMO, EXPERIENTISSIMO,  
AMPLISSLIMO,

DN. NICOLAO HANNEKENIO,  
Med. Dri. ejusdemq; in eadem Republica Patria.  
Practico felicissimo,  
Dno. & Affini suo plusqvam  
gratioso.

SEMEIOTICAM hanc Specialem  
in SPECIALIS observantiæ & amoris ΣΗΜΕΙΟΝ & ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ  
sacram esse jubet

RESPONDENS.



# S E M E I O T I C A

Resp.  
JOANN.  
ANTO.  
NIO  
Neu-  
franz  
Lübe-  
censi.

specialis est, qvæ de Signorum usu & utendi regulis agit. Usus triplex est: ad cognoscendum, ad prænoscendum, ad prædicendum. Unde jam iterum erunt hujus partis partes tres: Gnostica, prognostica, & porrheticæ. Qvarum prior, circa præsentia: posteriores, circa futura versantur. Qvarum iterum priores, circa nostram: posterior, circa aliorum instructionem versantur. Qvæ si recte quis considerat, revera duas tantum Semeioticæ partes esse concedet: Gnosticam & prognosticam. Qvod n. Prorrheticam attinet, ea nisi ratione à Prognostica non differt.

XXXI. Gnostica est Semeiotica præsentium: h. e. eorum, qvæ adsunt. Adsunt autem, qvæ sese corporis animiq; sensibus coram cognoscenda ac dignoscenda sistunt. Hujus ergo partes, doctrinæ methodiq; causa, duas facio: Pathognomica & diagnosticam.

XXXII. Pathognomica est gnōstica communis. Communem dico, qvia Sanus qvis, an affectus sit, ex æqvo inqvirit. Sunt enim fortes, qui pene nullū non morbum contemnunt & *οργειδην* ferunt & ægroti, etiā serio, videri nolunt. Sunt contra pusillanimes, qui nullam corpore tam parvam molestiam sentiunt, qvam non metuant & extollant metu, & curari serio rogent. *v. Pathol. §. XIII.* Hoc itaq;, qvod proposui, præprimis cognoscendum est: qvo ne, aut Non-affectus pro affecto, aut Non-verus pro vero morbo habeatur; & temere qui curat, calumniæ; qui curatur, noxiæ exponantur. Huic parti igitur duo proposita sunt. Prius est: An morbus sit. Posterius est: An, qui appetet, verus sit. Pri-

Aa us Uno,

us Uno, eoq; confessio apud omnes, principio nititur. Hocce principium est: Omnes homines sese dicunt sanos, qvum suis præse rebus possunt; hoc est, tam Naturæ necessaria, qvam Ratione gerenda rite obire. Contra, ægrotos sese dicunt, qvum aliquid eorum non possunt. Sanitas scil. est index sui & morbi. At qvoni am magna est Sanorum, vel nominetenus, latitudo: capropter necesse est, aut dari aut fingi aliquem Temperate tales, qui sit quasi Polycleti canon ad exigendos ceterorum à mediocritate cum excessus tum defectus, parvos aut magnos. Qvarere a. heic Temperatum, non ad Pondus oportet, sed ad Justitiam tantum, 10 seu qvalem Natura auctor distinguit, & humana tam nunc requirit, qvam olim in statu integritatis, h. e. ante peccati vel introitum in mundum, vel pertransitū ad omnes, habuit. Talis autem, sive ad justitiam temperatus, est is, qui functiones, cum omnes totius corporis, tum singulas cuiusq; membra, habet & edit me diocres, nullas excellentes, præter sapientiam & prudentiam. Qui talis non est, affectus est. Qui affectus nō sit, non est ullus. Nā etiam eorum, qui non tantum sani, sed & bene valere creduntur, vix aliquis est, certe millesimus non est, qui nullam querelam, nullam molestiam, nullam partem corporis imbecillam habeat. 20 Habere autē, haut difficile observatu est. Si qvid enim nō ex voto, non ex arbitrio, non ex natura fungimur, subest corpori morbus, si nihil extranei subest. At errorem in causis per accidens, pene non est, qui sui paulo studiosior, & experimentum ex se capere doctus, non advertat. In ceteris heic delinqventium facillima 25 medicis cognitio est, cum attendunt.

XXXIII. Posterius, hac parte docendum, erat; Vere quis affectus sit, nec ne. Sunt enim, qui Morbum vel in totum vel alium fingunt. Ficti autem, qvomodocumq;; deprehensio, partim scientiæ, partim prudentiæ munus est. In hoc qvippe negotio utraq; 30 per se indigens, altera alterius auxilio veget. Etenim scientia ad veri, prudentia ad falsi, qvod in ejuscemodi morbis est, dignotionem maxime confert. Qvod in fictis veri est, symptomata ostendunt.

stendunt. Si enim revera adsunt, qvæ adesse debent, saltē possunt; haec tenus dubitandum non est, qvin morbi sit, qvod apparet. Ulti vero, vera & sua morbo symptomata adesse, certus sis; ea opus prudentia est, ut in hæc potissimum symptomata, imo symptomatis propria inqviras, qvæ esse cum tali morbo neqveunt. Tam enim, qvi & sui corporis ignarus & medicæ artis imperitus est, fingendi esse artifex solet nemo, qvi non se prodat, esse aut fatendo, qvæ esse non possunt, aut negando, qvæ esse debent. Qvod in fictis falsi est, causæ & circumstantiæ ostendunt. Si enim causarū nulla præcesserit, cui talem merito morbum attribuas, fangi eum justa suspicio est. In circumstantiis multa notanda sunt, & alia in aliis, cùm personis, tum morbis. Personis enim, fingere morbum sæpe expedit. Expedit vilibus, ciendæ misericordiæ causa. Expedit mediocribus, evitandi incommodi causa. Expedit honoratis & agendinecessitatē habentibus, lucrandi temporis causa. Expedit aliis alia de causa. Qvam nisi catus & cautus, & ipse simulandi ac dissimulandi artifex, non facile ex cordis occulto eruerit. In 20 ipsis morbis innumera sese observanda offerunt, qvæ vir experiens & prudens haut magno negotio animadvertisit. Mendacium quippe fugo latere diu non potest. Sic ficti aut fucati morbi signū est, ad interrogata hæsitanter & incerta & varia & dissona respondere, neq; constare sibi in relatione eorum, qvæ ad originem, & progressum morbi pertinent. Simile est, magnum morbum magnopere queri, & leniter ferre, & auxilium vel nullum vel par-

25 vum duntaxat & vulgare admittere, querelamq; subito, vel post remedii ad rem parum facientis usum, mittere. Sed ista exemplis aliquibus illustremus. Galenus refert, qvemdam ad concionem à civibus vocatum, per colicum se dolorem excusasse. Quem simulari ex eo deprehendit, qvod illi faciendo idoneus aliquis in

30 victu error non præcessisset, &, cum valde alias de se esse sollicitus soleret, tunc auxilium frigide peteret, concioneq; dimissa exemplo queri desineret. Ita qvi domino erat à pedibus, ne cum eo peregre iens abstraheretur ab amoribus, thapsia magnum in genu

genu tumorem excitavit. Deprehensus fuit suspicione servitii, proditione amoris per conservum, specie tumoris, absentia causarum, inconstantia respondendi, applicatione deniq; remedii, qvod præter refrigerium præstare quidqvam non posset. Sic innuptis compressu gravidis, si abscondere se nequeunt, & clam parere, promptum est hydropicas sese profiteri. Sed has vel oculi prodiderint, qvi omnibus ravi. Urinæ prægnantium raro non sanæ, aut sanorū proximæ sunt; præsertim juniorum. Præter quæ multa esse, quæ larvā detrahere queant, nulli est dubium. Opus dumtaxat attento est. Conf. Galen. libr: *Quomodo simulantes &c.*

XXXIV. Diagnostica est gnostiæ propria. Propriam dico, qvia Morbi, qvi vere est, dignotionem tradit. Dignotio est notitia distincta. Talis est, quæ discrimen similium notat. Ea vero gemina est: una, Subjecti; altera, Naturæ morbi. Unde jam hujus quoq; partis duas partes facio: Topognomicam & Nolognomicam.

XXXV. Topognomica est diagnostica partis affectæ. Circa eam duo sunt determinanda: nempe, Qvæ pars laboret, & Qvo ea modo laboret.

XXXVI. Qvæ pars laboret, id abunde definire est ex Effectis; cum suis, tum morbi in se. Morbi in parte effectum est, qvodcumq; Parti à morbo vitium obtingit circa constitutionis requisita. Tale est omne Symptoma commune. Qvorum si qvod aut sensui conspicuum aut rationi perspicuum in aliqua Parte apparebit, sane, qvi dubitet, an ea Pars sit affecta, erit nemo. Ita tumor, qvo etiam cumq; in loco ortus, hunc affectum significat. Qvod si plures ibi loci partes tumere queunt, qvænam ex ipsis laborebant, è tumoris situ, figura, magnitudine, natura debet diligenci. Ita si in hypochondrio dextro tumor sit, aut jecur aut musculus patitur. Jecur: si tumor in amplam sese latitudinem sinnistrorum porrigit, si figura triquetræ lunæ est, si æquabilis scirrhosaq; duritia est. Si nihil horum est, in obliquo potius musculo est. Partis effectum voco, qvod per se affecta edit. Tale omne sym-

symptoma præter modo dictum est. In quibus consideranda & essentia & in primis Proprietas essentiæ est. Propter hanc enim est, quod Propria accidentia, tamquam peculiarem fontem signorū Partis affectæ dinoſcendæ, passim è Galeno constituerint. Certe, si quæ characteristica sunt, illa sunt. *Conf. Gal. d. loc. affect.*

XXXVII. Effectuū primus, est Functio læſa. De qua verissimū, arguere necessario eam Partem læſam, cuius est. At qvoniā Functione raro unius Membri, plerumq; totius Organi est; idcirco cognoscere, qvæ Pars vere sit læſa, non est, nisi ex proprietate læſionis. Proprietatem hanc definiunt, ex parte Functionis qvidem, modus ; Fungentis autem, situs. Qvod si ab utroq; simul capi potest notitia, notior non tantum, sed & extra omnem omnino dubitationis aleam erit. Exemplo Tussis sit, sive ea reſpirationis læſæ species, per qvam Natura materiam, partinon uni moleſtam, exigere ſatagens, ipſo ſtatiu modi prodiit, unde eam exactum eat. Modus is observabilis eſt in tempore, impetu, ſono. Nam qvæ tussis exacerbatur ſub noctem maxime, qvæq; multum tunc affligens acutum qvid asperumq; tinnit ē profundō, ea ſtomachum laborare ſignificat. Qvæ vero simile qvid ē gutture ſonat ſubmissius, neq; exagitat, qvamqvam ſit toto die freqvens; ea demum à fauibus imis, à larynge aut pharynge proficiſcitur. Ab utro autem, iterum modus dicet. Nam ſi ſcreatui ſimiſior aut cum aliquo eſt, à gula eſt : ſi absq; ſcreatu eſt, ab arteria eſt. Si tandem cum dolore lateris fiat, ejusdem lateris Pulmo laborabit. Utut autem modus atq; ſitus etiam in aliis functionibus, maxime tamen locum in notatione Dolorum habent. A quibus Affectarum partium tam freqventes desumuntur notæ, ut paſſim apud Authores meruerint Sedes atq; proprietas doloris haberipro fontibus propriis & diſtinctis, tum inter ſe, tum à functione læſa. *conf. Patholog. S. CVI.*

XXXVIII. Secundus effectuum eſt Qualitas mutata. Qvæ variо, ut modo percipitur, ita ſignificatiu pollet. Qualitatum qvippe, qvæ uno ſenſu ſenſiles ſunt, omne genus circumſpicienti li-

qvet, ab aliis Affectuum certiores, qvam Affectarum partium  
notas peti. Ratio est: qvod plerumq; se non debeant Parti, qvam  
denotant. Ita enim aliunde utplurimum colores in partem efflo-  
rescunt. Ita in facie ictericus à jecore aut liene est. Ab isto, si subal-  
bidus est: ab illo, si nigrior. Ita & fætor qvandoq; alterius partis  
est, qvam unde spirat. Ita ori esse amaror tam à vasis, qvam à ven-  
triculo potest. Qvam rem magis incertam facit, qvod istæ Quali-  
tates existere non raro à diversis causis queant. Ita enim color  
ictericus tam à veneno, qvam à jecoris obstructione est. Ita fætor  
oris tam à coli laxata valvula, qvam à corruptis in ventriculo est.  
Qualitates contra, qvæ pluribus sensum patent, Affectarum  
partium qvam Affectuum notas certiores præbent. Ita magnitu-  
do partis per accidens auctæ, ipsam laborare arguit. Ita, qvem in  
dextro hypochondrio tumorem vides, in jecore sit, an musculis  
externis, vel solus tactus dixerit. *conf. §. XXXVI.*

**XXXIX.** Ultimus affectuum est, qvod in Excretis observamus.  
In his autem, cognoscendæ Partis affectæ ergo, non sua tantum  
vitia notamus, sed & ipsius actionis, qva eorum qvidq; Natura e-  
gerit. Per Excreta igitur qviscumq; volet Partem affectam pate-  
facere, eum oportet considerare multa in ipsis, multa cum ipsis.  
In ipsis nempe consideranda sunt Substantia, quantitas, qualitas:  
cum ipsis autem, Modus, tempus, locus, ordo. Excreti primum  
Substantia sive corpus heic maximi momenti est, si ipsum est aut  
de Substantia partis, aut familiare parti. Ipsius partis si qvid exit,  
nullus est omnino dubitandi locus. Ita si sanguis & pus & squalvæ  
exeunt cum urina, & odor gravis sit, vesicæ exulcerationem si-  
gnificant. *IV. apb. 81.* Parti autem familiare dicitur, qvicqvad intra  
ipsam vel conficitur, vel concipitur, secundum aut præter natu-  
ram. Ubi ventriculus percussus est, cibus & potio per vulnus ex-  
eunt. *Cels. V. 86.* Mytilenis adolescens sedem grave vulneratus,  
toto triduo nihil aut potionis sumpsit aut urinæ reddidit. Quar-  
to sub vesperam curatus, heminas urinæ admodum qvatuor min-  
xit à vulnere, & gavisus est, qvod deposuisset onus. Sed apparuit  
Vesicam fuisse pertusam. Sic & crassa intestina ista, vel  
stercus

stercus vel odorem ejus exhibent. *Cels. c. l.p.m. 287.* Ita cum veluti pili una cum urina exeunt, à renibus exernuntur.

*IV. apb. 76.* Quantitas rursus excreti magnum est plerumq; signum affectæ partis. Ita qvi sanguinem mejunt, his venula est

in renibus rupta, si multum & confertum: si vero parum, neq; cum omni lotio, à vesica venit. *ib. 75. 78.* Qualitates præterea eorum, qvæ excernuntur, naturales & à natura mutatae, cujus etiam generis aut modi fuerint, ad notitiam Loci patientis plurimum conferunt. Qvi per nares & os spirat calidum qvidem,

ei sanguis vehementer æstuat: frigidum vero, ei spiritus extinguitur. *Prognost. IV. 19. Coac. 260.* Arteria incisa sanguis exit calidior, tenuior, flavior. Vale in pulmone aperto, qvem facili tussi exigit, sanguis spumet. *Coac. 433.* Si feces alvi albent, in jecore morbus est. Ventriculum non facere officium, acidi, nidorulenti, aliterve

olidi ructus innuunt. *III. Diæt. XIX. &c.* Qvod ore redditur pus, si morticinum fœtet, pulmonem contabuisse dicit. *II. Morb. XLVI.*

17. &c. Dejectio cruenta & sincera, rectum: fecibus mixta, ex superioribus aliquod intestinum læsum arguit.

XL. Laborante parte cognita, cognoscendum porro, Qvo ea modo laboret. Ubi iterum sese duo nobis dignoscenda offerunt.

Prius est: pars affecta, locus affectionis, an focus affientis sit. Posterius est: Pars affecta, *καὶ αὐτοῖς*, an *αὐτισμός*, hoc est,

propria affectione, an communicata; sive, ut vulgo loquimur, per se, an per consensum laboret. Utrumlibet dignosse vel in pri-

25 mis Medici interest: non ad id solum, ut Affectui & affectæ parti convenientia reperire, sed & reperta commode adhibere auxilia possit. Neutrum habet locum, nisi ubi & geminæ Partes & di-

verso modo affectæ apparent. Unde facile potest evenire, ut quis dubitet, utra prior afficiatur: saltem, utrius affectus ab alterius

30 sit effectus. Huic rei discernendæ, mihi qvidem Symptomatum qvoq; consideratio sufficit. Non intercedo tamen, qvo minus

etiam à Causis aliisq; lucem qvis feneretur. Prius ergo qvod at-

tingit, Affectionis loco demonstrando satis est abunde, si ea fun-

ctio læsa est, qvæ ipsi privatim competit. Ex hoc ego Vertiginem

in oculis fieri concludo: qvoniam sub illa visio depravata est; qvæ nisi oculi non est. Ex hoc ego Epilepsiam pro cordis affectu habeo: qvoniam sine pulsus interceptione non sit; qui nisi à corde non potest edi. Ex hoc ego Melancholiam ad spiritus morbos refero: qvoniam cum eo metus & mœror sunt; qui præter spiritum nulli possunt adscribi. Afficientis foco autem ostendendo, uti non parum quoq; Functio læsa confert: ita certiores sæpe notæ ab Excretorum & Solidorum qualitatibus mutatis desumuntur, qvoniam raro non sunt pars materiae morbificæ. Natura itaq; hujus aliqvid exigente, unde id veniat, vix potest ignorare, qvi, qvid ubiq; locorum gigni soleat, non ignorat. Qui difficili tussi vix tandem aliqvid tenue & tenax emoliuntur, iis in ventriculo & focus & fomes morbi est. Qvibus spumosa alvi excreta sunt in diarrhæis, his à capite ista defluunt, VII. aph. 30. Melancholicis oborta hæmorrhoides, focū ostendunt in sanguine esse. conf. VI. aph. II. Febrientibus tenuia & castanata ab alvo prodeuntia focū in pancreate ostendunt. Solida similiter, qvotiens alienis qualitatibus imbuuntur ab humore aliquo, ad hujus latibulum detegendum egregie interdum conferunt. Ita si hectico more febrientibus semper putidum & indicibile qvid sapiat os, à ventriculo ma- lū esse, dubium non est. Qvibus in facie ardor & rubor magni fiunt à cibo, præsertim liberaliore, his pancreas refertū gloeibus est.

XLI. Posterius erat: Per se, an per consensum Pars laboret. Hoc quidem Symptomata qvatuor, iisq; efficacibus, modis declarant. Modi isti à tempore, magnitudine, exacerbatione, continuitate dependent. A tempore: Symptomata qvippe priora ostendunt se in parte principali: consecaria v. in ea, qvæ illius affectu afficitur. Ita se prius in rene dolor, qvam in crure stupor ostendit, qvotiens reni calculus inhærens crus in consensum trahit. conf. VI. Epid. I. 12. A magnitudine: Symptomata enim, qvæ partem primo affectam seqvuntur, graviora esse solent: leviora autem, qvæ per consensum contingunt. Intestinorum recto inflammato, simul vesica, sed minus illo dolet, de fistulis. III. IV. Ab exacerbatione: Symptomata, qvæ

- exacerbatione: Affectus enim partis consensu laborantis, ita cum primum affectæ partis affectu cohærere solet, ut ad hujus ille augmentum augeatur, & decrementum minuatur. Ita dolorem capit is à febri, abeunte hac abire simul comperimur.
- ¶ Ita & qvarundam seminarum appetitum prosterni cum nausea, torminibus ventris, cephalalgia, aliisq; symptomatis, instantे menstruorum fluxu; iis autem fluentibus, omnia mitigari & ad salubritatem reverti videmus. Heic tamen cauto opus: potest enim hoc fallere. Nempe cum duarum partium affectarum symptomata simul ingravescunt, simul mitescunt: qvia ex eodem fonte uno tempore in utrasq; influere humor morbificus potest. Agasii filia eo modo, cum coxa doleret, simul etiam suspirio vexabatur, qvod & dolore remittente cessabat. VI. Epid. IV. 7. A continuitate: Continua enim plerumq; symptomata esse in ea parte solent, qvæ non cum alia patitur, sed ipsa in se patiendi causam habet. Hac ratione phrenitidē à parahrenitide distinguimus. Phrenitis nempe indesinenter affligit: at Paraphrenitis per interralla, eoq; tēpore pōtissimū, qvo viget febris cui lūpervenit. Dicēbā vero plerumq;: qvoniā & hoc fallere nonnumq; vnam potest.
- ¶ Potest enim evenire, ut symptomata sint continua, & pars per cōsensum laboreti. Potest contra evenire, ut symptomata sint interrupta, & pars per se laboreti. Prius accedit dupli occasione: Posteriorius, simplici. Prima est: qvando pars patiens à se jugiter emittit aliquid noxi, qvo una secum pati aliam adigat. Ita interdum continua stranguria est ab ichore acri, qvi ex rene corrupto in vesicam destillat, Secunda est: qvando pars primum affecta impedit, qvo minus vel à se exeat vel per se transeat hoc, qvo ad agendum alteri opus est, Pausaniæ sophistæ sic resoluta manus fuit, qvoniam in cervice nervi, frigus à psecede passi, spiritum non transmittenterent.
- Tertia est, qvando in parte per se laboranti materia morbifica vicibus vel accedit & recedit, vel turgescit & mitescit. Prius freqvens ulceratæ vesicæ est. Posteriorius pancreati uestis repleto glocibus accedit, qvotiens à ventriculo cibis rumente premitur. Non parum vero etiam juvantia & lā-

190 dentia parti dignoscendæ faciunt. Nam si duæ partes simul afficiuntur, atq; ex adhibitis alterutri juvantibus vel nocentibus altera lædatur aut juvetur, consensu hanc laborare, dubium non est. Ita capiti causam dolendi ventriculum esse dubitaverit nemo, qvi hoc curato illud se habere melius experitur. Præter hæc nos huic dignotioni argumentum ab his, qvæ præcessere, Causis petere jubent. Nam si pars affecta, non sit evidenter læsa; sit autem ea, cujus consensu pati potest, hoc modo reapse pati probabile est. Cui ventriculus imbecillitate pridem laboravit, si caput postea dolet, hoc laborare propter illum, verisimile est. 10

XLII. Nosognomica est diagnostica morbi. Dignotio hæc duo sibi proposita habet: speciem & affectiones. Species mihi morbi naturam, non tam communem, qvam propriam significat. Communem voco, qvam morbus absq; eo, in qvo est, consideratus habet. Propriam vero, qvam is ipse habet ratione subjecti, in qvo est. Utrumvis exprimi in definiendo necesse est. Exprimere vero Morbi naturam communem, per Genus; propriam, per Differentiam solemus. Et ecce aliquot exempla! Langvor est penuria spiritus. Plethora est luxuria sanguinis. Ascites est hydrops abdominalis. Vulnus est divisura carnis. Gibbus est scolioma dorsi. 20 Atq; hoc quidem modo omnes omnino Morbi particulares definiiri & possunt & debent. Possunt: qvoniam satis est, ad demonstrandum cuiusq; Morbi essentiam, Genus nominasse: existentiam vero, Subjectum indicasse. Ubi enim morbus sit, Differentia dicit. Qvis a. morbus sit, Genus comprehendit, Genere enim morbi fundamentum & vitium continentur. Fundamentum est, qvod peccat. Vitium est, qvo peccat. Utrumvis, qvod & quale sit, ex Generis definitione comparet. Ut compareant, exemplorum, qvæ proposui, genera definiamus. Penuria est mensura deficiens, aut detectus mensuræ. Luxuria est mensura excedens, aut excessus mensuræ. Hydrops est colluvies ichoris, aut ichor collectus. Divisura est continuitas soluta, aut solutio continuitatis. Scolioma est figura depravata, aut depravatio figuræ. Ubiq; ge- 30 mina

mina qvod exhibita sit definitio, factum est, ut intelligatur, qvo-  
tiescumq; morbus qvis qvod ad essentiam, sive naturam generi-  
cam definiendus est, nihil interesse, vicem Generis, fundamen-  
tum an vitium; Differentiae vero, vitium an fundamentum su-  
stineat. Res eodem qvippe prorsum recidit. Interibi ea ubiq; præ-  
ferenda, qvæ clarior est. Sic in Hydrope definiendo clarius est,  
Genus per vitium, per Colluviem repræsentari, quam per vitia-  
tum, sive Ichorem. Morbi igitur omnis particularis definitio re-  
solvitur in tria: vitium, & vitiatum, atq; subiectum. Sic enim v.  
c. totum Languoris, est spiritus mensura deficiens: totum Ple-  
thora, est sanguinis mensura excedens: totum Ascitæ, est abdo-  
minis colluvies ichorosa: & sic porro.

XLIII. Atq; hoc jam modo Morbi definiri, sicut ad unum o-  
mnes qviti sunt; ita & revera debent, tam cognitionis, quam cu-  
rationis gratia. Nam ut clavus curationis cognitio est: ita clavis  
cognitionis, definitio est. Venuste Philosophus, δέλτη μός ἐπι τὸ στοίχειον. Ideam v. morbi ut Signa demonstrent, necessum sci-  
re, in qvibus consistat cuiusq; idea. Qvæ si scimus, jam non potest  
esse difficile, ex propriis cuiusq; signis signatum agnoscere. Qvo  
enim qvid significat, id est imago causæ in effecto expressa & re-  
præsentata. Effecta sunt symptomata. Symptomatum causæ sunt  
morbi. Imago igitur à Morbis in symptomatis effigiata, necessa-  
rio id omne, qvod est in re, repræsentat. In qvois a. Morbo  
gemina natura est: generica sive communis multarum parti-  
um, & specifica sive propria uni. Atq; hoc fundamentum fuit,  
cujus intuitu §. XX XI. distinguebamus Signa in pathognomica &  
diagnostica. Pathognomica morbi scil. ea sunt, qvæ commu-  
nem ejus naturam notant. Unde &, ubi idem essentia Morbus  
est, ibi eadem Symptomata, eadem in symptomatis Signa esse ne-  
cessa est, sive apparent omnia, sive non. Qvod vero qvædam  
qvandoq; non apparent, id oportet Parti acceptum; ejusq; pos-  
turæ præsertim reddere. Pleuritis v. gr. inflammatio lateris est.  
Qvæ igitur Inflammatio est, necesse habeat cuncta symptomata,  
qvæ inflammationem necessario consequuntur, Ita autem rubor &  
calor

calor Sanguinem, materiam inflammationis, fundamentum morbi: dolor & tumor Excessum, vitium sanguinis, formale morbi: pulsatio & renis deniq; Sanguinem stagnantem, totum morbi conseqvuntur. Ex omnibus autem dolor & calor soli in sensum incurrunt: cæteris se non potentibus in apertum dare, qvod neq; videri locus, neq; tangi potest. Qvandoq; calorem qvoq; æger non sentit. Qvum nempe parum est, qvod in parte stagnat. Hoc similive casu, qvum Morbi Pathognomica rem in certo non ponunt, necesse est, ut diagnostica ponant. Signorum hoc genus hoc casu esse aut Partis symptomata propria aut Proprietates in symptomatis morbi à parte debent. Hujus generis in exemplo proposito sunt nō solū illæ aculeatæ punctiones, qvibus se dolor manifestat, verum etiam rubor & tumor non apparet. Hinc enim interius esse malum constat. Prioris a. generis sunt, non simpliciter Tussis & respiratio difficilis & febris continua, ut ajunt vulgo: sed Tussis insanum stimulans stimuloq; ve-  
lut enecans; Respiratio densa, brevis, intercisa; Febris tertiana continua simplex aut duplex. Qvibus addere oportet Doloris ad jugulum vel hypochondrium inclinationem: ut & ejus ex hoc vel illo decumbendi modo exacerbationem aut non; aliaq; ta-  
lia, in Pleuritidis historia speciatim & accurate proponenda:  
nunc enim ejus exemplo dumtaxat utimur, lucis causa.

XLIV. Fontes autem, unde Morborum signa desimuntur, ipsa qvoq; Symptomata sunt, eorumq; triplex genus. De qvibus initio notandum: qvod, sicuti ad Partis affectæ notationem multo plus functiones lœsæ, qvam cæterorum symptomatum aliquod genus conferunt: ita è contrario ad Morbi depræhensionem plura potioraq; signa ab Excretorum partiumq; qvotqvot in aspectum sensumq; medici cadunt, mutatis qvalitatibus suppeditari, qvam à Functionibus lœsis. Præterqvam qvod, qvotiens ad testimonium de morbo Functiones adhibentur, non tam earum lœsiones, qvam lœsionum, qvas ab ipso morbo habent, proprietates spectare oporteat. In eodem negotio rursum potiora sunt,

sunt, qvæ ab Excretorum, qvam qvæ à Solidorum qualitatibus desumuntur. Excreta enim raro non pars sunt aut Materiæ morbificæ aut Partis ægrotantis. Utrum fuerint, clarum præ se signū latitantis morbi ferunt. Solidorum vero qualitates mutatae, qvamq; sese aliquando Materiæ morbificæ, non semper tam debent. Est interim, ubi præter has aliud signum, nisi majoris certitudinis gratia non sollicitamus. Quemadmodum & ex solo interdum Excreto morbum abunde cognoscimus. Sic qvoq; Functionis aliquando sola læsio ad perspectionem morbi satis est indicii. Sed exemplis etiam ista illustremus.

XLVI. Morbum ergo primum Excreti substantia, quantitas, calor, color, odor, sapor: deinde Excretionis locus, modus, tempus, ordo: deniq; Excernendi retentio ostendunt. Substantia: nam est ulcere si quid ossei exit, Caries subest. Ab alvo existens crudior chilus qvidem, Cœliacam; cibus vero Lienteriam significat. Qyibus in urina subsidunt fabulosa, iis vesica Calculo laborat. Si quis sanguinem, aut pus, aut squamulas mejat, & gravis odor adsit, vesica Exulceratio significatur. IV. apb. 31. Quantitas: nam si quis spumantem sanguinem largissime quasi vomit, ei Rupta in pulmone vena est. Coac. 433. Atrum grumosumq; vomens in copia, lienis Obstructione laborat. Calor: nam si quis meram fervidamq; bilē sursum deorsum egerit, hæc Cholera est. Cels. IV. 14. Color: nam si ab inguine virus viride & acre ac fetidū sponte crebroq; stillat, hæc Gomorrhæa venerea est. Odor: nam si, qvod alvus merum dejicit, morticinum olet, Hæmotexiam significat. Sapor: nam si omni mane velut vitrioli acidum quis jenunus, parva quantitate licet, ore reddat, Cacochiliam acidam notat. Locus: nam si mulieri à pestilente bubone menstrua ab inguine prodeant, muliebrem sinum esse perrosum & ulceratum significat. Modus: nam si vel urina vel homerda præter voluntatem alicui effluant, vesicæ anive sphincter resolutus est. Tempus: nam si tormentum umbilicale è parturientis sinu procidit ante fœtum, Fœtus mortuus est. Ordo: nam si nares emungenti purulenta prius, tum mucosa exprimuntur, in nare

Cc

Ulcus

**Ulcus est:** si contra prior mucus, deinde pus, vel simul expelluntur, Suppuratum intra cranium est. Retentio excernendi: nam si ab hæmorrhoidibus in totum curato, sub vesperam tumere pedes cœperint, Hydrops nascitur. *conf. VI. aph. 12.*

**XLVIII.** Solidorum qualitates mutatae quantam quoq; vim ad Morbi deprehensionem adferant, exemplis itidem innotescere potest. Exempla autem suppeditabunt Color, nitor, sonus, fœtor, sapor, intemperies, mollities, durities, tumor, figura, positura, numerus, character, & idiosyncrasia. Color quidem observari in omni parte, maxime tamen in oculis & vultu solet. Spe-  
ctanda vero in Colore mutatio est, & in mutatione successio & vicissitudo. Qui seipso factus est coloratior, abundat sanguine. Qui contra decolor, is ex colore, qui appetet, judicandus est. Qui enim velut cretatus albet, Leucophlegmatias est. Qui instar galbulæ flavet, Istericus est. Cui oculi plumbei sunt, Verminosus est. Cui oculorum subcava cum splendore & tumore purpurea sunt, Scorbuticus est. *conf. Progn. II. III.* Nitor, sicut spectari in facie, ita testari de Spiritus & sanguinis affectibus maxime solet. Cui enim speciosior solito est, Plethoricus est. *Celsus II.2.* Cui oculi ad instar siderum scintillant, spes est ut brevi in furorem in-  
cidat. *VI. Epid. I.57.* Premit altum corde dolorem, cui oculorum nitor obscuratus est. Sonus, ubicumq; fuerit auditus, ex flatu morbum notat. Fœtor, unde veniat, observari curate debet. Qui ab ore prodit, quandoq; cariosi dentis, aliquando ulceratarum faucium, interdum ab gingivis scorbuto corrosionis, nonnumquam à pulmone tabido aut ventriculi cacochilia est. Non ubiq; tamē idem fœtendi modus est. Sapor, et si plerumq; Ventriculi morbum significet; sæpe tamen Sanguinis aliquem, quandoq; & Pulmonis arguit. Ita sane amarus esse à biliosa Ventriculi non modo cacochilia, sed & Sanguinis cacochymia potest. Salsus, morbum Ventriculi aliis, mihi Sanguinis significat. Putridus & purulentus contra ulcus Pulmonum aliis, mihi sæpe corruptelam Ven-  
tricilli notat. Intemperies itidem, sive habentis tantum, sive e-  
stet in continuo, sive diuerso modo, purgatione  
33  
tiati me-

tiam medentis sensu fuerit percepta, qualis erit, talem morbum notat: si calida calidum; si frigida, frigidum. Ita, qui febriunt, si majorem in hypochondrio, quam alibi corporis, calorem sentiunt, recte jecur inflammatum credas. Mollitem quoque; & duritatem, & quicquid praeterea qualitatum secundarum est, quod comprehendendi tactu potest, ad cognoscendum morbum conferre plurimum, experiendo experimur. Sic hypochondrio ad tactum renitente, inflammatio subsit, an scirrus, duritiae modus dicit. Tumor etsi de morbo testetur potius ubi, quam qualis sit: nihilominus ad naturae ejus cognitionem facere, certum est. Sic collinæqualis & duriusculus tumor, Scrophulas prodit. Figuræ morbum notantis exemplum dat constitutio alata in tabesciente. Hunc enim ex pulmonis ulcere tabem profectam innuit. Positura autem in prolapsu utero habemus. Heic enim necessum est, abrupta ejus ligamenta esse. Numeri est in testicondis. Morbus enim positura est, si ob eam sementatio nulla est. Character etiam morbis noscendis confert non parum, cum ad eum attenditur. Sic ferox ex miti responsum, delirii signum est. Coac. si. Sic caderosus vultus in eo, qui ~~o~~<sup>o</sup> ~~geset~~<sup>geset</sup> est, corruptionem extremam sanguinis significat. Idiosyncrasia denique; morbi quoque; signum præse ferre, quandoque; solet. Sic in morbo nisi difficilis coctionis cibos non ferre, signum est Spiritus valde penetrabilis, sive justo multum calidioris, subtilioris, acrioris.

X L I X. Functiones læsa denique; quamquam ad significationem Morbi faciunt minus, faciunt tamen. Earum igitur si quæ abolita est, Membra ut corruptionem aut amissionem arguit. Ita omnimoda cæcitas, Oculi aut humorum perturbationem effusionemve, aut totius tabem casumve significat. Si quæ intercepta est, Viæ, quæ transire spiritus ad membrum debet, occlusionem significat, sive obstruendo ea, sive comprimendo facta sit. Sic cæcitas, quæ & subito orta est, & nullo apparente in oculis viatio, Guttam serenam notat, sive Optici obturationem. Si quæ imperfecta est, Languorem facultatis, hoc est, detectionem spi-

C c 2 ritus

ritus arguit. Sic chilificatio ante perfectū chilū deficiens, Penuria calidi in fonte & foco ostendit. Si qvæ depravata est, sive defecta sive proiecta est, necesse erit attendere ad conditionē, circa qvā depravatæ esse contigit. Secundum eam nempe judicare de Affectione oportet. Hoc tamen commune omnibus est, qvod, si defectæ sint, Spiritus languorem vel impedimentum: si profectæ, ejusdem furorem vel irritamentum significant. Quid vero vitii sit in re, qvæ aut sufflaminat spiritum aut incitat, id prudentis est ex ipsa actione lascia & lascionis occasione scrutari. Qvæ enim Temporis statutum antevertit, Objecti moventis aut copiam aut acrimoniam innuit. Copiam: sic menstruatio, qvæ diem suum die uno vel altero prævenit, solito pleniorē plenitudinem Sanguinis demonstrat. Acrimoniam: sic Febris, qvæ horam suam hora una vel altera prævenit, peccantis materiae tenuitatem & pravitatem notat. Qvæ vero Temporis ordinarium protollit, aut Objecti contrarias dispositiones, aut Facultatis oppressionem vel enervationem arguit. Inopiæ in objecto exemplum Menstruatio præbet, tum in junioribus, qvæ aut ad plenam maturitatem non pervenere aut ex morbo se non sat resumisere; tum in proiectioribus, qvæ gignere superfluum cessant. Crassitiae in objecto similisve qualitatis exemplum Tussitio rara & profunda suggerit. Facultatis oppressionem, pulsus plenus & obscurus: enervationem vero, obscurus & vacuus ostendit. Par ratio ceterarum esto.

L. Morbi speciem dignovisse multum est, sed ad curandum non satis. Remediorum quippe materiam cum inveniendi tum adhibendi causa oportet mederi rite satagentem etiam ad morbi Affectiones, sive potius hinc pedentes Differentias accidentales animum advortere. Qvarum tamen non paucæ signis non elegant. Qvibus autem signis illæ dignoscantur, qvæ aut suo se nomine non patefaciunt, aut una se cum morbi notitia non ingenerunt, operæ pretium fuerit, deinceps exponere. Cui expositioni qviajam in Pathologia §. LXI. præscriptus est ordo, nihil eum attinet repetere; satis est vestigia relegere. Materiæ itaq; morbum con-

rum constituentis, conditio plerumq;; morbo cognito, simul cognoscitur. Qvæ eam tamen maxime patefaciunt, signa ab excretis, à colore, & afflictionis modo desumuntur. Ab excretis: sic Pleuritidem v. gr. esse à Sanguine, meraco qvidem, cruenta; biliolo autem, flava sputa innuunt. A colore: sic Isterum esse à Bile, flava qvidem, luridus; atra vero, fuscus color arguit. A modo afflictionis: sic Tormina esse à Flatu qvidem, subita; ab Hu- more autem, lentior invasio, exacerbatio, declinatio docent. Magnitudo morborū, qvia magna esse, & non magna potest: si- gna utriusq; præbere Morbi subjectum, materia, affectiones, ef- fectiones, & causæ solent, Subjectum: necessario enim Magni morbi sunt, qvi occuparunt vel Partes principes munusve publi- cum aut valde necessarium exercentes, ut mania, hepatitis, vo- mitus, ophthalmia; vel Corpus corporis partem inhabilem affectioni, ut tertiana in senibus, ascites in pueris. Materia: mor- bi enim Magni sunt, qvi sunt in materia vel multa, ut hydrops; vel maligna, ut cancer. Affectiones: qvibus enim hæ magna sunt, iis etiam morbi Magni sunt. Talis est v. gr. cuius febris aut perpetuo affigit, aut accessiones habet protractas & inordinatas & vel anticipantes vel eodem in statu permanentes. Symptoma- ta: qvæ si magna sunt, etiam Magni morbi sunt, & tanto majo- res, qvanto urgent magis. Apoplexia gravis an levius sit, non ali- unde, qvam ex symptomatis dignoveris. Causæ: non potest e- nim non Magnus morbus esse, cuius efficiens magna est, seu mo- le, seu virtute, seu utraq;. Mole: ita cum præter naturam copio- sior cibus est ingestus, morbum id creat, eumq; majorem mino- remve pro ejus, qvod assumptum est, copia. Virtute: ita omnis à Veneno, aliave qva materia intus genita, qvamvis ea exigua sit, Magnus tamen morbus est. Ultraq;: ita si qvod durum vehe- menter contundit, non carnem modo, sed & ossa comminuit. Morem ubiq; symptomata produnt. Qvæ & in benignis, & in iis morbis, qvæ natura maligni sunt, eadem cum iis sunt, qvæ essen- tiæ morbi patefaciunt. Eo enim ipso, quo species morbi, etiam

Cc 3

propriety.

proprietas cognoscitur. In iis autem morbis, qvi esse benigni solent, malignitatem maligna symptomata detegunt. Malignum est, Febrire expræcordiorum dolore: *Coac. 31. I. Epid. XI. 3. XII. 5. tertiana continua anxiū esse: Coac. 33.* circa exacerbationes tussire & tenuiter sudare: *ib. 113.* dolorem ex femore progredi: dolere suras: *30.* ventriculi dolenti os præcordia tensa esse & caput dolere: *286.* in febre convelli, manusq; ac pedes dolere: *30.* lumborum dolorem sine manifesta causa sæpe impetere: *108.* *322.* horrere simul & caput dolere ac tenuiter sudare: *12.* cum sopore rigere & habere faciem cum sudore flamneam: *7.* rigere *10* septima decima atq; iterum qvarta supra vigesimam: *11.* in media febre inordinata multum cum torpore rigores exacerbari velut in tertiana: *26.* rigere dum vulnus sanguinem fundit: *328.* tremere mente mota ab atra bile: *93.* præter rationem levari: *48. 370.* ex longo morbo se resumentes bene cibum sumere, nec *15* proficere: *126.* febrentem & præcordia dolentem ac voce destitutum sudore non liberari: *I. Prorrhet. XI. 9.* sudare tenuiter & freqventer præcordio tenso: *Coac. 32.* tenuiter in febre sudare: *ib. 42.* parotides emergere præcordis dolentibus: *284.* ante partum velut cholera cum febre pati: *535.* egestionem, sanguine *20* erumpente, viscosam esse & variegatam nigris maximeq; albis: *330.* *614.* oculos in febre rubere: *219.* præter rationem, qvæ apparet, disparere: in febre dolores ad præcordia fieri & sine sudore solvi: *297. 299.* tumorem, alvo suppressa, sine ulla novatione cito solvi: *623.* qvicqvid se febri opponit, nec abscessum significat. Motum qvoq; symptomata faciunt notum. Qvæ enim protinus multa & magna adsunt, qvæq; subito seu numero seu incremento augentur, acutum: qvæ vero pauca & parva & lente festinantia, non acutum innuant. *conf. ad I. Epid. III. 16. d. dieb. judicat. III. 1. & d. viæt. ac. III. 1.* Hecticum aut scheticum es. *30* se morbum docent ejus natura, subjectum, causa, & symptomata. Natura; sua enim hectici sunt, qvartana, hydrops, cancer: schetici contra, synochus, vulnus, scabies vulgaris. Subjectum: ita

ita hecticus est, qvi nervis, ossibus, pudendis, senibus, infirmisq; corporibus insidet: contra scheticus, qvi in sanguine est. Symptomata: qvæ enim sibi constant, aut longa mora invaluere, hecticum dicunt: uti qvæ variant, varieq; absistunt & redeunt, scheticum. Subitaneus morbus, an paulatinus sit, qvi se curandum offert, ægroti plerumq; indicio cognoscendum est. Subitanæ omnes cum terribilibus, si non etiam periculosis symptomatis ingruunt. Recens an inveteratus morbus sit, ægrotantis etiam indicio rectius, qvā ex his, qvæ apparent, cognoscimus. Temporis, in qvo morbus versatur, dicognoscendi una est, & optima regula: Incipientibus morbis, & desinētibus omnia leviora: vigenibus a., vehementiora sunt. II. apb. 30. Divinū morbū nō facile est à naturali distinguere. Aliquid tamen huc confert consideratio causarum & symptomatū. Causarum, dico: si enim vivendo nihil uspiam peccatum est, neq; ab alia qva manifesta occasione morbus incepit, is interim excedere non vanis argumentis naturæ limites observetur, verosimile est, divinum esse. Symptomatum qvoq;: nā si talia sunt, qvæ nulli uni morbo adesse, neq; ab causis naturalibus, cujuscemodi apparent, edi qveunt, non immerito divini suspicio erit. conf. ad Progn. I. 14. l. d. morb. sacr. I. 3. V. 2. Et. Hæreditarum ostendunt morbi natura, subjectum, causæ & effecta. Natura: non enim qvilibet transire ad posteros potest. Familiare id tabi, melancholiæ, podagræ, calculo. Itaq; si puer podagra laborat ante usum veneris, contra VI. apb. 30. ex hæreditate esse hoc malum, haut vana esse conjectura solet. Causæ: si quis enim simili, qvo parentum aliquis tenebatur, morbo corripitur, citra qvod ipse eum sibi conciliasse constet, vix dubitandum videtur, qvin per traducem sibi communicatum somitem illius habeat. Subjectū: nam si cui, ex altero parentiū tabido nato, corpus inde ab incunabulis fuerit macilentum, infirmum, morbidū aut esse tale cum mutatione æstatum cœperit, ei tabes in visceribus latet. Effecta deniq;: nam si quis, à calculoso satus natusq; primis annis incipiat urinam reddere, qvæ sit lactea & lenta, subitoq;

toq; super lapide velut sabulosa fiat, huic merito metuas calculi genitricem dispositionem adesse. d. aér. XXIII. 7. Fuit ergo Dia-gnostica qvoq;.

L<sup>I</sup>. Prognostica est Semeiotica futurorum. Futurum autem illud, qvod Medicum & præsigire docet & præmonere decet, aut Morbus aliquis, aut Eventus morbi est. Sanitatis enim nulla significatio præscia, nisi in morbo est. Illorum ergo respectu Prognosticam divido in Nosomanticam & telomanticam.

L<sup>II</sup>. Nosomantica est prognostica morbi. Hæc, duplex est: generalis & specialis. Generalis est, qvæ certorum temporum est. Qvibusdam enim annis, tum anni temporibus, & freqventiores morbi sunt, & plures unius pluriumve generum certos invadunt. Præsigum eorum Præceptor nos desumere ex Causis communibus, earumq; effectis jubet. Causæ istæ sunt Spiritus & cibi potusq;. confer. ad Pathol. S. LXXXVI. l. de aëribus. I. Spiritus ipsi est aer haustus. d. flat. IV. 8. Aëris itaq; constitutio magni heic momenti est: qvoniam nullius rei major cum mortalibus societas est. Tales itaq; expectare morbos oportet, qvales aëris facere constitutio potest. d. humorib. 7. Qvales autem expectare debeas, ut artificiose præsigias, opus sane, ut attendas, naturalis Aëris constitutio, an præter naturam sit. Naturalem voco, qui aut anni temporis aut dici horis respondet. v. III. apb. 8. Qvando id fit, tum saluberrimum ver audit: proxime deinde ab hoc, hiems: periculosior æstas, longe vero autumnus pericolosissimus est. ib. 9. Cum enim ex tempestatibus optimæ æqvales sunt, sive frigidæ, sive calidæ; contra pessimæ, qvæ maxime variant: idcirco est, qvod autumnus plurimos opprimat, qvoniam maxime inæqualis natura est. Nam fere meridianis temporibus calor: nocturnis atq; matutinis, simulq; etiam vespertiniis, frigus est. Corpus ergo, & æstate, & subinde meridianis caloribus relaxatum, subito frigore excipitur. Sed ut eo tempore id maxime fit, sic, qvandocumq; evenit, noxium est. III. apb. 4. d. Præcept. XI. 9. Ubi autem æqualitas est, saluberrimi sunt sereni dies: meliores pluvii,

pluvii, qvam tantum nebulosi, nubilive: optimiꝝ; hieme, qvi  
omni vento vacant: æstate, qvibus Euri apud nos & Favonii per-  
flant. Si genus aliud ventorum est, salubriores Septentrionales,  
qvam Subsolani vel Austri sunt. Sic tamen hæc, ut necesse atten-  
dere, qvemadmodum regionum sorte mutentur. Nam fere ven-  
tus ubiqꝫ à mediterraneis regionibus veniens, salubris; à mari,  
gravis est. *conf. II. Diet. V. VI.* Neqꝫ solum in bono tempestatum  
habitu certior valetudo est; sed & peiores morbi, si qvi incide-  
runt, leviores sunt, & promptius finiuntur: sicut econtrario,  
tempestate non favente Leviores morbi difficile solent judicari.  
*Celsus. I. 1. p. m. 42. 43.* Prout itaqꝫ; tempora fuerint, ita eis famili-  
ares morbos expectare oportet. De his tam vera, qvam vetusta  
observatio est: Morbi qvilibet qvidem in qvibusvis anni tempo-  
ribus fiunt, aliqui tamen in aliquibus illorum magis & fiunt &  
exacerbantur. *III. apb. 19.* Vere enim maxime, qvæcumqꝫ; humo-  
ris motu novantur, in metu esse consueverunt. Ergo tum insan-  
æ, melancholiæ, hæmorrhagiæ, anginæ, lippitudines, gravedi-  
nes, raucedines, tusses, lepræ, impetigines, vitiligines, tubercu-  
la, pustulæqꝫ; ulcerosæ plurimæ oriri solent. *ib. 20.* Hi quoqꝫ; mor-  
bi, qvi in articulis nervisqꝫ; modo urgent, modo qviescunt,  
tum maxime & inchoantur & qviescunt. Æstas non qvidem  
vacat plerisqꝫ; his morbis, sed adjicit febres, vel ardentes, vel ter-  
tianas, subinde & qvartanas, vomitus, alvi dejectiones, ophthal-  
mias, aurium dolores, oris ulcerationes, putredines & cancros,  
*25* cum in ceteris qvidem partibus, tum maxime obscenis, & qvic-  
qvid sudore hominem resolvit. *ib. 21.* Autumnum qvod attinet,  
in eum vix qvidqvam ex his non incidit: sed oriuntur eo quoqꝫ;  
tempore febres qvartanæ, ac erraticæ, lienes, hydropses, tabes,  
stranguriæ, lienteriæ, dysenteriæ, ischiades, anginæ, asthmata,  
*30* ilei, epilepsia, insania, melancholiæ. *22.* Idemqꝫ; tempus  
& diutinis malis fatigatos, & ab æstate, etiam proxima pres-  
bos interimit; & qvosdam longissimis implicat, maximeqꝫ;  
qvartanis, qvæ per hiemem quoqꝫ; exerceant. Neqꝫ; ali-  
ud magis tempus pestilentia patet, cujuscumqꝫ; ea gene-

ris est; quamvis variis rationibus nocet. *q.* Hieme tandem pleuritides, peripneumoniae, lethargi, gravedines, naucedines, tusses, dolores pectorum, laterum, lumborum, capitisq; vertigines, apoplexiae magis sunt, *23.* Qvin hic ms, si quid pridem in fauicibus, in lateribus, in visceribus mali fuit contractum, id irritat & facere gravius atq; incurabilius solet. *conf. Cels. c. I.* De his, ut & sequentibus, addere ad veterem observationem noyam cautionem oportet. nimicum, Aeri modum faciendi certos morbos, tam à regionibus prescribi, quam temporum mutationibus. *III. aph. I. d. Humor. VI. 5. d. aér. aq. I. 5.* Itaq; naturalis etiam dici merito debet, qvæ secundum loci & regionis coniuetudinem obtingit. Sic est, ubi tempestas toto anno suda est, paucis duntaxat septimanis & tum continue pluviosa. Apud Belgas nihil constantius inconstantia est; adeo etiam, ut rotundo anno duos videre dies omnia similes vix umquam liceat. Qvæ ratio, qvod tam multos, tam instabilis & multigereris judicii morbos experiantur. Rostochium contra aëris constantia, ejusdemq; cum tempore harmonia communiter gaudet. Unde rarissimos experitur morbos acutos & contagiosos. Qvum naturam tempora non servant, vindendum, Aér qualitatibus an substantia peccet. Qualitatibus excedere certa vel tempestate vel parte anni solet. Ex tempestatibus, Aqvi lo tussim movet, fauces exasperat, ventrem adstringit, urinam supprimit, horrores excitat, itemq; dolorem lateris, & pectoris. *III. aph. 5.* Sanum tamen corpus spissat, & mobilius atq; expeditius reddit. Auster autem hebetat, sensus tardat, capitis dolorem movet, alvum solvit, totum corpus efficit hebes, humidum, languidum. *ib. 17.* Ceteri venti, quo huic vel illi propriores sunt, eo magis vicinos his illisve affectus faciunt. Calor omnis & jecur & lienem inflamat, mentem hebetat &, ut anima deficiat, ut sanguis porrumpat, efficit. Frigus modo nervorum distensionem, modo rigorem infert; ut & nigrorem in ulceribus, & horrorem in febribus. In siccitatibus, acutæ febres, lippitudines, tormina, urinæ difficultates, articulorum dolores oriuntur. Per imbræ,

imbræ, longæ febres, alvi dejectiones, angina, cancri, morbi co-  
 mitiales, resolutio nervorum. 16. Neq; solum interest, qvales dies  
 sint, sed etiam, qvales ante præcesserint. Ita si Hiems sicca se-  
 ptentrionales ventos habuit, Ver autem austros & pluvias exhi-  
 bet, fere subeunt ophthalmiaæ, & dysenteriaæ, & acutæ febres, ma-  
 ximeq; in mulieribus & in muliebribus sive viris natura humidis  
 mollibusq;. Si vero Austri pluviaæq; hiemem occuparunt, ver  
 autem frigidum & siccum est, gravidæ qvidem feminæ, qvibus  
 tum adest partus, abortu periclitantur: hæ vero qvæ gignunt,  
 19 imbecillos, vixq; vitales edunt. Ceteros lippitudo arida &, si se-  
 niores sunt, gravedines atq; destillationes male habent. 11, 12. At  
 si à prima Hieme austri ad ultimum Ver continuant, laterum  
 dolores, & insania febricitantium, qvam celerrime rapiunt. Ubi  
 vero calor à primo Vere orsus æstatem qvoq; similem exhibet,  
 13 necesse est, multum sudorem in febribus subseqvi. 6. At si sicca  
 Aëtas aqvilones habuit, Autumno vero imbræ austriq; sunt, to-  
 ta hieme, qvæ proxima est, tussis, destillatio, raucitas, in qvibus  
 dam etiam tabes oritur. 13. Sin a. Autumnus qvoq; æq; siccus iis-  
 dem Aqvilonibus perflatur, omnibus qvidem mollioribus cor-  
 20 poribus, inter qvæ muliebria esse proposui, secunda valetudo  
 contingit: durioribus vero instare possunt, & aridæ lippitudi-  
 nes, & febres partim acutæ, partim longæ, & hi morbi, qui ex atra  
 bile nascuntur. 14. Qvod si vero substantia Aér peccet, morbos  
 populares grassaturos, dubitandum non est. Qvales autem, ma-  
 25 ligni tantum an etiam contagiosi, an utiq; pestilentes, natura in-  
 ficientis, infectionisq; magnitudo & diuturnitas præmonstra-  
 bunt. De his ipsis vero nos certos reddunt, qvæ in aëre, in aqvis,  
 in terris, in animalibus, imo ipsis hominibus præter naturam ap-  
 parent. De qvibus figillatim dicere, nimis esset longum. Cibi ve-  
 30 ro nos expectare communes morbos jubent, qvoties magna vel  
 omnium caritas vel aliquorum ubertas est. Potus, ubi aqva est,  
 secundum hujus conditionem: d. aér. I. 6. ubi tacitius, secundum  
 rerum, unde fiunt annonam signa edunt. II. Diet. XXI. XXII.

LIII. Specialis nosomantica, certorum hominum est. Qvæ & ipsa duplex est: communis & privata. Communis est, qvæ ad plurium Hominum, sed ejusdem conditionis, morbos pertinet:puta, ætatis, habitus, alijsve similis. Ætates inter media tutissima est: qvia neq; juventæ calore, neq; senectutis frigore infestatur. II. aph. 39. Coac. s12. Longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet. I. aph. 14. Prognost. XXII. 13. Cels. c. l. p. 43. Speciatim vero Pueri, proximiq; his, & vere optime valent, & æstate prima tutissimi sunt: Senes æstate & atumni prima parte: Juvenes hieme, qviq; inter juventam & senectutem sunt. Senibus ini-  
micio*n* hiems, æstas Adolescentibus est, III. aph. 18. Tum si qva imbecillitas oritur, proximum est, ut Infantes, tenerosq; adhuc pueros serpientia oris ulceræ, vomitus, nocturnæ vigiliæ, aurum humor, circa umbilicum inflammations exerceant. 24. Propria etiam dentientium, gingivarum exulcerationes, distentiones nervorum, febriculæ, alvi dejectiones, maximeq; caninis dentibus orientibus male habent. Qvæ pericula plenissimi cuiusq; sunt, & cui maxime venter adstrictus est. At ubi ætas paulum pro-cessit, glandulæ, & vertebrarum, qvæ in spina sunt, aliquo inclinations, struma, verrucarum qvædam genera dolentia, & plura alia tubercula oriuntur. Incipiente vero jam pube, ex iisdem multa, & longæ febres, & sanguinis exnaribus cursus. Maximeq; omnis pueritia, primum circa quadragesimum diem, deinde se-  
ptimo mense, tum septimo anno, postea circa pubertatem peri-  
elitatur. Si qva etiam genera morborum in infantem incide-  
runt, ac neq; pubertate, neq; primis coitibus, neq; in  
femina menstruis finita sunt, fere longa sunt: sæpius tamen his morbi pueriles, qvæ diutius manserunt, terminantur. Adolescentia non tantum morbis acutis, ut dixi, sed & co-mitiali bus, tabiq; maxime objecta est: fereq; juvenes sunt, qvi 30 sanguinem expuunt. Post hanc ætatem laterum & pulmonis do-lores, lethargus, cholera, insania, sanguinis per qvædam etiam velut ora venarum profusio. In senectute spiritus & urinæ diffi-cultas, gravedo, articulorum & renum dolo*r*es, nervorum resolu-tiones,

lutiones, malus corporis habitus, nocturnæ vigiliae, vitia longiora aurium, oculorum, etiam narium, præcipueq; soluta alvus, &, qvæ seqvuntur hanc, tormina, vel lævitas intestinorum, ceteraque fusi ventris mala. *ib. 25. ad finem.* Corpora qvod attinet, habiliſſimum quadratum est, neq; gracile, neq; obesum. Nam longa statuta, ut in juventa decora est, sic matura senectute conficitur. Gracile corpus infirmum: obesum hebes est. *II. aph. 44. 54.* Graciles, tabes, dejectiones, destillationes, item viscerum & laterū dolores fatigant. Obesi plerumq; acutis morbis, & difficultate spirandi strangulantur, subitoq; s̄a pe moriuntur, qvod in corpore tenuiore vix evenit. *conf. ad hac omnia Cels. l. p. m. 46.*

LIV. Privata est, qvæ ad unius Hominis morbum, eumq; venientem pertinet. Venientis prænuncia vero, Morbum vel ipsum vel recidiyum spectat. Morbum ipsum qvod attinet, ejus qvædam indefinita præsignificatio, qvædam definita est. Indefinitam appollo, qva aliquem imminere morbum, non vero, qvis, ostenditur. Ita enim revera est, raro qvisquam tam ex occulto morbus ingruit, ut non ante qvædam ejus notæ extiterint. Qvarum communissima est, aliter se corpus habere, atq; consuevit; neq; in pejus tantum, sed etiam in melius. Ergo si plenior aliquis, & speciosior, & coloratior factus est, suspecta habere bona sua debet. Qvæ qvia neq; ultra progredi possunt, fere retro, quasi ruina qvædam, revolvuntur. Pejus tamen signum est, ubi aliquis contra consuetudinem emacuit, & colorem decoremq; amisit: qvoniā in his, qvæ superant, est qvod morbus demat; in his qvæ deflunt, non est qvod ipsum morbum ferat. Præter hæc, protinus timeri morbus debet, si graviora membra sunt; si crebra ulcera oriuntur; si corpus supra consuetudinem incaluit; si gravior somnus pressit; si tumultuosa somnia fuerunt; si corpus dormientis circa partes aliquas contra consuetudinem insudat, maximeq; si circa pectus, aut cervicē, aut crura, vel genua, vel coxas. Itē, si marcat animus; si loqui & moveri piget; si dolor præcordiorū est, aut totius pectoris, aut, qvi in plurimis evenit, capitis;

si salivæ plenum est; si oculi cum dolore vertuntur; si temporai adstricta sunt; si membra inhorre scunt; si spiritus gravior est, si circa frontem intentæ venæ moventur; si freqventes oscitaciones; si genua quasi fatigata sunt, totumve corpus lassitudinem sentit. Ex qvib[us] s[er]e plura, numq[ua]m non aliquva febrem antecedunt. In primis tamen illud considerandum est, num cui s[er]pius horum aliquid eveniat, neq[ue]; ideo corporis ulla difficultas subsequatur. Sunt enim qvædam proprietates hominum, sine qvarum notitia non facile qvidqvam in futurum præ sagiri potest. Facile itaq[ue]; securus est in his aliquis, qvæ s[er]e sine periculo evasit. Ille sollicitari debet, cui hæc nova sunt: aut qvi ista numq[ua]m sine custodia sui habuit tuta. *Cels. II. 2.*

LV. Definita prognos[is] est, qvæ venientis morbi speciem designat. Qvis a. cui morbus minetur, id potissimum ex c[on]jusq[ue]; Corporis constitutione r[es]ciscendum est, de qua *Physiol. LXXI*: tum & prægressis, atq[ue]; iis, qvæ in corpore apparent. Constitutio feceritne morbum in origine, an ex occasione postmodum, eaq[ue]; occulta an manifesta, nihil sane refert, dummodo fecerit. Cui, propter carinatum pectus, scapulæ velut alæ prominent, de valetudine querenti tabem imminere, admodum multis multorum observationibus constat. *III. Epid. III. 142. conf. II. Proph[et]. XII. Plinius. II. 37.* Evenisse memini, ut, qvæ aliquando ex terrore abortiisset, deinde s[er]penumero ex qvavis occasione abortierit. Similiter ex Causis, qvæ præcessere, non raro præ sagire est, quid morbi sit expectandum: scilicet, qvum jam ad aliquem corpus disposuerunt. Qvæ enim Causæ morbum facere aptæ natæ sunt, ejusq[ue]; rudimenta jam ponere cœperunt; eum, si pergant illæ facere, facile est præ sagire. Ita qvos sanguinis extrema copia prægravat, de facili aliquva parte inflammantur, maximeq[ue]; ea, qvæ afflita pridem ex simili occasione fuit. Sed & ex iis, qvæ ante morbum apparent, etiam certius est venientis speciem definire. Ita cui propter liberaliorem hæmorrhagiam exhaustæ vires sese non in tempore resumunt, qvin pallor in facie expallescet, qvin dolor

dolor in stomacho invalescat, qvin tumor in pede surgat, cum fore leucophlegmatiam, vix est qvod dubitemus. Dubitare enim nisi admodum clara venientis morbi indicia sint, longe præstat.

Qui dubitaverit enim, ubi se posse falli novit, nihil temere pronuntiaverit. Verum est, præveniendo morbo est, præscivisse naturam venientis: Oportet interim, nisi plane constet, quis sit extiterus, nullum nominare. Præsertim, qvando sufficit, quid Causæ sit, qvæ alicui morbum machinatur, ex ægri relatu, aliisve signis cognovisse. *conf. II. Prorrhet. III. ad IV. apb. 19.*

**L VI.** Recidiva prognostica ad convalescentes pertinet. Qvorum cum inter sit usq; & usq; se recipere, nec recidere, omnino Medicum oportet attendere, an qvæ relabendi in morbum pronitas adsit. Adesse vero, atq; adeo exspectandam recidivam esse, cognoscere est ex Parte, qvæ laboravit; ex Morbo & tempore, qvo laboravit; ex Curatione, qva tractata fuit; ex Ratione deniq; se habendi à curatione. Ex parte: est enim ea qvarundam conditio, ut ex facili, qvamvis in integrum videantur restitutæ, in malum recidant, propter imbecillitatem afflictione curatio neq; contractam. Pulmoni hoc familiare, postea qvam sanguinem semel ejecit. ratio est *IV. morb. XXXI. 7.* Ex morbo: est enim ea qvorundam conditio, ut ex levissima culpa, qvamvis studiose fuerint curati, qvin & recisi videantur, tamen se recidivi resumant; qyoniam altioribus qvibusdam radicibus inhærent. Ita de Quartana Celsus: *III. 16. fine.* Si febris qvievit, diu meminisse ejus diei convenit, eoq; vitare frigus, calorem, cruditatem, lassitudinem. Facile enim revertitur, nisi à fano qvoq; aliquamdiu timetur. Reverti etiam familiare morbis malignis & ex contumaci materia natis. Ex tempore: evenit enim, ut propter dominantem tempestatem etiam hi morbi, qvi aliis temporibus neutiquam reverti solent, aut nulla aut minima occasione, quantumvis recte aut judicati, aut curati videantur, nihilominus revertantur. *d. Humor. VII. 17.* Qvandocumq; ergo viderimus suum multis redire morbum, è qvo videbantur evasisse, merito hæc terrere

terrere etiam alios vestigia debent. Ex curatione: hæc enim sæpe talis est, ut morbum non eradicaverit sed ex stirpaverie tantum. Qvotiens itaq; constiterit, Naturam vel artem in curando partes suas non absolvisse, non reversurum morbum promittere ausit nemo, qvin vereri potius contra ium debet. Qyoniam, qvæ in morbis non relinqvenda relinqvuntur, recidivos facere consueverunt. II. apb. 12. VI. Epid. II. 32. Ex eventu deniq; redditurientis signa aliquot, neq; parvi momenti queunt haberi. Periclitantur enim, qvibus post se morbus magna qvædam vestigia relinqvit. Ita revenit hydrops, qvi medicinæ licet concesserit, superstitem habet maciem, viriumq; languorem cum siti, atq; hypochondriitumore; qvod malorum pessimum est. II. Prorrbet. XI. conf. Coac. 146. 481. de judicat. IX. X. Periclitantur etiam, qvi convalescentes sese à parvis lædi, nec à salubribus profectum sentiunt, quem debebant. Huc spectat: Si à morbo sibum capiens quisquam vires non recipit, nec copiosiore alimento utitur, vacuatione indigere sciendum est, neq; negligi eam posse, qvin sese in periculum gravioris relapsus inferat. II. apb. 31. Coac. 127. Periclitantur deniq; qvi corpus, anteqvam depurgatum sit, declinante licet morbo, plenius alunt, nedum saginant. Non pura enim corpora, qvo plus nutriversis, magis laseris. II. apb. 10. 17.

LVII. Telomantica est prognostica eventus: sive ejus, qvod ex Morbo tandem conseqvitur. Conseqvitur autem, sæpe interdum Salus, sed semel aliquando Mors, stipendum peccati. Utra vero in præsenti sit consecutra, id est qvod primum, non tamen solum heic spectamus. Nam circa eventum tria occurunt, qvæ prælagire saltem, si non etiam prædicere oportet. Ea sunt: species, tempus, modus. De qvibus sumi, in genere qvidē, ex Natura & morbo, in specie vero, ex utriusq; Attributis præagiū debet.

LVIII. Speciei Eventus cognoscendæ vel in primis opus est viribus Naturæ & morbi inter se comparatis. Naturæ vires enim si fuerint validæ & undeqvaq; constantes, facile contemnunt qvodc. morbi genus, & in quantumvis magno securitatem promittere

mittere gaudent. II. apb. 33. de judicator: I. n. Qvante contra ab  
 isto vigoris robore atq; tenore abscedunt longius, tanto ab suis  
 morbis ægroti patiuntur gravius, & vincuntur facilius. Vires con-  
 tra languidae, minus ægrotanti periculum oppressæ, magis exhau-  
 stæ portendunt. Virium status, præsertim præternaturalis, qvem  
 admodum cognoscendus sit, non hujus loci est exponere. Natu-  
 ralis vero ex Naturæ operis atq; operibus satis innotescit: nem-  
 pe his, qvæ gerit Corporis, tum qvod illæsum est conservandi,  
 tum qvod læsum est, restaurandi causa. Nempe prælens inquisi-  
 tio reqvirit, ut consideremus vel in primis ea, qvæ Natura, præ-  
 ter ordinem licet, secundum rationem tamen gerit circa Mate-  
 riæ morbificæ secretionem atq; excretionem. In qvorum consi-  
 deratione semper meminisse oportet, Naturam hoc curare stu-  
 diosius, qvod est potius: in ægrotto autem potius esse, qvod ad  
 Morbum superandum, qvam qvod ad Corpus nutriendum  
 pertinet. Unde etiam magnopere porcelli non oportet, nedum in desperatis habere, qvotiens videmus Naturam in  
 naturalibus deficere, atq; interim in spontaneis proficere:  
 præsertim, si omnia evenire secundum rationem videmus.  
 Nam ut iis, qvæ non cum ratione sublevant, non oportet fidere:  
 sic neq; multum formidare mala, qvæ præter rationem eveni-  
 unt: plurima qvippe horum incerta sunt, nec admodum perse-  
 verare; nedum inveterare consueverunt. II. apb. 27. 52. conf. d.  
 arte. XXII. VI. Epid. V. I. &c. Morbi vero vim significat, qvicquid  
 qualemcumq; nexus cum eo habet. Hoc vero vel Causæ vel Ef-  
 fecti rationem habet.

LIX. Causæ habet subjectum, ætas, natura, habitus, consuetu-  
 do, aér, victus. Subjectum in præsentia Corpus est, aut pars. Con-  
 stat a experimentis, in Corporibus natura vel sorte debilibus, aut  
 malo habitu longo tempore corruptis, morbos plerumq; lethali-  
 les esse, aut nullo modo vel ægerrime sanabiles, qvicumq; eve-  
 nerint. Ex parte periculum est tanto majus, quanto illa est aut  
 officio necessarior aut sensu exactior. Ita qvibus sideratum est ce-  
 rebrum, intra tres dies intereunt: qvos si superaverint, sani fi-  
 Ec  
 unt.

unit. VII. apb. 50. Ita & cui perfecta fuerit vesica, aut cerebrum, aut cor, aut septum transversum, aut jecur, lethale est. VI. apb. 18. Ita qvi ex asthmate gibbi sunt ante pubertatem, moriuntur 46. Ab ætate est, qvod magnam partem senes qvidem juvenibus minus ægrotent; qvicumq; tamen morbi iis accident diurni, plerumq; commoriantur. II. apb. 39. Eodem & illud respicit: In morbis minus periclitantur, qvorum naturæ, & ætati, & habitui morbus magis familiaris fuerit, qvam qvibus in nullo horum cognatus fuerit: 34. nempe qvia in istis brevis, in his longior, & à validioribus causis in id, qvod est præter naturam, lapsus; & rursus in id, qvod est secundum naturam, redditus est. De consuetudine, etiam ferendi morbos, dictum est: consueti solitos labores ferre, etsi fuerint invalidi & senes, non consuetis, qvamvis robustis & juvenibus, facilius ferunt. 49. Scilicet, qvia patiendo patiendi habitus contrahitur, induente natura majus robur contra illa, qvæ crebro negotium facebunt. Similiter attendere Aëri & victui oportet. Qvod enim constitutiones attinet, & qvidem anni, In universum siccitates assiduis imbrisbus sunt salubriores & minus mortiferæ: III. apb. 15. diei vero, Qvando eodē die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. 4. Autumno autē in universum morbi acutissimi & pernicio-  
fissimi sunt. Ver a. saluberrimū est, & minime exitiale. 9. De temporibus dictum est: Constantibus qvidem, si tempestive frant, morbi stabiles & boni judicii accident: inconstantibus contra instabiles & mali judicii. 8. Victor autem ratio, cum prægressa, tum præsens, huc quantum faciat, omnibus notum. Qvin dictat ratio, qvanto deterior præcessit vivendi ratio, tanto aliquem morbum, qvem sua sibi culpa contraxit, qvive forte accedit, maiore tum molestia ac metu sustinere, tum periculo defungi. Qvod si in ipso morbo qvis sibi nimium indulget, in his qvæ minime conveniunt, morbis invalidis robur, difficultibus insanabilitatem, periculosis desperationem, extra spem deniq; positis miseriam arcessit & adjungit. d. Vet. Med. XII. ii. XIV.

LX. Effecti

LX. Effecti vero rationem habent, quæcumq; morbum consequntur, sive ad se attineant, sive ad symptomata. Prioris generis sunt Magnitudo, mos, motus, inhærentia, invasio, periodus, typus, comitatus, origo, numerus, communio. Qvarum significations, ut ad plura extendi, ita intra pauciora comprehendendi possint, regulis inclusisse, operæ fuerit. Itaq; de magnitudine hæc sit: Qvanto magui notæ majores & plures sunt, tanto periculosior morbus est. Positis enim duobus magnis, non possunt nō oriunda esse magna. Ita cui extremâ plethora oppresso animus deficit, ei mors ad forem adstat. De more hæc: In malignitate periculum necessarium: in benignitate contingens est. Inde est, qvod dysenteria, si ab atra bile incipiat, lethalis sit. IV. aph. 24. Hinc est, qvod icterus in discriminem non adducat, nisi dextrum hypochondrium durum sit: 64. De motu hæc: Qvanto morbi major in movendo vehementia est, tanto & majus periculum est. Qvo respicit Celsi illud: III. 1. Magis ignoscendum medico est parum proficieni in acutis morbis, quam in longis. Hic enim breve spatium est, intra qvod si qvod auxilium non profuit, æger extinguitur. Ibi & deliberationi & mutationi remediorum temporis patet, adeo ut raro, si inter initia medicus accessit, obsequens æger sine illius vitio pereat. De inhærentia hæc: Qvanto malum insedit altius, tanto & periculosius est. Ex qvo iterum est Celsi illud c. l: Longus morbus, cū penitus insedit, qvod ad difficultatem pertinet, acuto par est. De invasione hæc: Qui cum furore ingruunt, ex facili opprimunt. Hoc verant Cholera & qvivis ab orgasmo morbus. IV. aph. 22. Sic ex iis, qui strangulantur & dissolvuntur, nec dum tamen mortui sunt, non se recolligunt, qvibus spuma circa os apparuerit. II. 43. De periodo hæc: Plus periculi in brevi, quam longiore periodo est. Eapropter periculosissimi Causi producti sunt: d. Affec. XI. II. morb. LXI. conf. d. viet. ac. XXXIV. XXXV. Periculosiores etiam Hemitritæ sunt: I. Epid. I. 35. II. 19. etiam eæ Febres, quæ tertio qvoq; die vehementius affligentes non intermittunt, periculosiores sunt: qvoq; autem modo intermis-

**LX.** serint, periculum abesse significant. *IV. aph. 43.* De typō hæc: Periculosores morbi sunt, qui paribus moventur, qui tempus antevertunt, qui paroxysmum producent, quive nimium intendunt. *IV. aph. 61. I. Epid. III. 19. ad 41. IV. morb. XX. XXI.* De comitatu hæc: Qvodcumq; morbo adsidet, ad difficultatem addit. Pleuritis nulla periculosior est, præter quam sanguis putridus uti fecit, ita foveat. *Coac. 379.* Periculi certus est Ileus, quem ut vomitus, aut singultus, aut convulsio, aut delirium comitatur. *VII. aph. 10.* De origine hæc: Gravior est naturali divinus, non-sponsaneus spontaneo, nativus postero, hæreditarius non-hæreditario, principalis accessorio, sed in iis, qui sunt ejusdem generis. E.g. Epilepsia, quam quis ab utero habet, særior est, quam quæ ante pubertatem contingit. *V. aph. 7.* De numero hæc: plus est periculi in morbis ejusdem naturæ pluribus, quam in uno: plus in numeroso, quam raro: in infrequenti, quam frequenti: in insolito, quam solito. In majore discrimine versatur, qui ex pleurite & Peripneumonia simul, quam qui ex alterutra tantum ægrotat. *VII. aph. 11.* Morbi quoq; qui grassantur publice, quamvis contagiosi non sunt, plus adferre periculi tamen assolent, quam qui præter singulos non invadunt. Ita & quem quis frequenter patitur, aut solitus est pati, ut periculosus non sit, consequitur patiendo. De communione deniq; hæc: Plus est molestia & difficultas & periculi in compositis, conjunctis, publicis, connexis, implicitis, universalibus, perigrinis, intempestivis, quam in eorum contrariis aut oppositis.

**LXI.** Quamquam autem ex his, quæ proposui, constare consideranti, & egregie, de periculo morbi possit: tamen ex symptomatis, quæ apparent, quæ superveniunt, quaque ratione, clarius de eventu liquet. Quæ itaq; symptomata, quid boni, quidve mali portendant, ex Hippocrate, fidissimo eorumdem notatore, in genere primum colligam, lucisq; causa, ex adverso ponam: deinde ea subjungam, quæ mortem, cum futuram, tum instantem significare speciatim solent, *conf. II. Prorrhet. II. 2. 3.*

**LXII.** Ægrotantibus iterum, quæ bona Signa, quæ mala sint, ordine

ordine expositurus, ab Actionibus incipiam, ad Excreta pergam,  
in Affectibus desinam. Sunt itaq; ægrotantibus

## BONA :

Ratione qvovis in morbo va-  
lere, II. apb. 33. IX. 18.

## MALA.

Ratione non valere. Delira-  
re: Progn. XXI. 4. I. Prorr. XI.  
6. in primis fractis viribus, Coac.

99. aut sensim ferociter, Ib. 85. 155. 246. aut cum tremore, 76. 94.

96. I. Prorr. IV. 13. spirituve difficiili & sudore aut singultu. Coac.

89. Præter consuetudinem responsum dare ferox aut audax: Ib.

105. I. Prorr. VI. 6. loqui multum, aut raro, aut numq; vam: Coac.

361. per vices multum loqui & obstinate tacere: 65. 466. aliudve  
non solitum facere. 47. Freqventer & frustra screare: 54. 244.

I. Prorr. I. 7. XV. 16. ori manum admovere: muscas venari: fe-  
stucas colligere: de stragulis floccos, aut de pariete paleas carpe-

re. Progn. IV. 12. 13. 14. 15. Familiares non agnoscere. Oblivisci  
eorum, qvæ geruntur. I. Prorr. VIII. 4. Coac. 6. 97. 98.

Somnum bene capere. In-

terdiu vigilare, noctu dormire,

Progn. IX. 1. XXI. 5. aut saltem

mane ad tertiam diei partem.

Coac. 487. Progn. IX. 3. Somnus

profundus, & compositus. Coac.

151. Et qvi qvovis in morbo pro-

sit: delirium sedet: convulsio-

239 nem solvat. II. apb. 1. 2. Experi-  
isci luaviter.

Somnum non bene capere.

Progn. XXI. 4. Dormiendi ra-

tio qvod ad tempus aut modū

mutata. Non dormire, non no-

ctu, non interdiu. ib. IX. 4. 5.

Coac. 35. 497. Somnus qvi noxi-

am adferat: II. apb. 1. qvi mo-

dum excedit: ib. 3. I. Prorr.

XV. 5. Coac. 348. 497. qvi sopor-

osus, aut turbulentus est. I.

Prorr. VIII. 2. XII. 7. XIV. 1.

Coac. 35. 82. 151. 178. Expergesieri turbulentē & cū confidentia, ib.

83. I. Prorr. XV. 10. Dormire palpebris non satis commissis, aut

39 oculorum albo minus magis apparente, Progn. III. 2. vel hiante

semper ore, ib. 13. Coac. 497.

Videre bene.

Non videre. IV. apb. 49. Coac.

72. Oculos obscurari: pertrin-  
EE 3 gi. ib.

gi. ib. 226. hebescere: obtundi: Caligare. 35. 131. 225. 388. I. Prorrh.  
VI. 9. Vertigine tenebricosa tentari: ib. III. 1. VI. 8. Progn. XXV. 2.  
13. lucem splendoremve fugere vel aversari. VIII. apb. 16. Coac.  
218. fixis intueri: ib. 225. 227. I. Prorrh. VI. 9. freqventer agitare.  
Progn. II. 19. 26. 27. V. 14. 15. Coac. 77. 218. 227.

Audire bene.

Non audire, IV. apb. 49. Coac.

72. aut inæqualiter: surdum fi-  
eri. ib. 190. 195. 196. I. Prorrh. IV. 7. XIX. 3.

Sentire bene. Progn. XIV. 10. Non sentire: III. Epid. III. agr.

XV. 16. nedum dolentes dolorē.

II. apb. 6. Torpor in contraria celeriter permutatus. I. Prorrh.  
IV. 19. Coac. 55. 160. 476. Dolor capitis pertinax: ib. 160. au-  
ris intensus: 188. Progn. XXII. 8. cervicis, colli: I. Prorrh. IX. 7.  
XXI. 9. XV. 14. faucium sine tumore pusillus & strangulans: ib.  
XI. 4. Progn. XXIII. 6. Coac. 262. 266. 274. in pectori fixus cum tor-  
pore: Progn. XIII. 14. XIV. XV. 4. I. Prorrh. VIII. 13. oris ventri-  
culi: Progn. XXV. 3. 14. I. Prorrh. IX. 4. XI. 1. Coac. 67. 374. præcor-  
diorum cum impotentia loqvendi: I. Prorrh. VII. 6. XI. 9. circa  
viscera vehemens: IV. apb. 66. circa umbilicum cum palpitatio-  
ne: I. Prorrh. V. 1. Coac. 300. lumborū: I. Prorrh. III. 6. VI. 1. VIII. 12. 20  
XI. 1. XIII. 7. XVI. 11. XIX. 16. XX. 1. Coac. 305. ex femore: ib. 30.  
cubiti: I. Prorrh. XV. genuum: suræ: manuum ac pedum. ib.  
V. 3. Coac. 30. 76. conf. I. Prorrh. XIV.

Motus membrorum omniū  
promtos habere, & similimos  
fanis. Facile se couverte: &  
in sublevando se, levem esse,  
Progn. VIII. 13. Coac. 493.

Motus impotentia. I. Prorrh.  
V. 10. Coac. 54. Jactatio crebra. 25  
I. Prorrh. X. 4. Coac. 82. Diffi-  
culter converti, & gravem es-  
se, cum reliquo corpore, tum  
manibus ac pedibus. Progn.

IX. 14. Coac. 493. Collum vertere non posse. IV. apb. 35. Coac. 270. 30  
Lingua torpida aut resoluta. ib. 197. Agitatio ejus difficilis. II.  
Epid. II. 72.

*Eupoeia, qvæ in quiete corpo-*

*Aeropoeia, sive animi anxie-  
ris &*

## III

## SEMEIOTICA.

215

ris & tranquillitate animi consistit, & ex utriusvis inodolentia procedit. I. apb. 2. Progn. XIV. 8. Coac. 493.

tas & astutatio, corporisq; inquietudo & jactatio atq; disjectio. I. Prorrh. IV. 1. XI. 3. Coac. 2. Tantum mala non est, qvam rigor seqvitur judicatorius, su-

pervenientibus sudoribus, vel vomitionibus commodis, vel alvo subducta. I. Prorrh. VII. 14. 15. Coac. 556.

Convulsio eadem die desinens. Coac. 156.

Convulsio omnis præter propositam. IV. apb. 66. 67. V. 1. 2. 3. 4. VII. 9. 10. 13. 18. I. Prorrh.

XIII. Coac. 30. 157. 269. 356. IV. Distorsiones velut qvi vomitione conflictantur. I. Prorrh. XVI. 5. Palpitationes in totum. ib. IV. 5. Coac. 347. 425. Perversio labii. IV. apb. 49. Coac. 72. 240. Linguæ revulsio tremula: I. Prorrh. III. 2. 3. Coac. 99. 197. 231. commansio.

VII. Epid. Calcium jactatio. Coac. 109.

Tremores, qvi humoribus coctis & agitari incipientibus superveniunt,

Tremores in principio morborum: I. Prorrh. II. 10. aut ex siccitate in febribus: itemq; parvi. Coac. 62.

Sternuatio in morbis, qvi ad pulmones non attinent, etiam lethalissimis: qvin & in doloribus circa caput ac fronte. Progn. XIII. II. Coac. 399.

Sternuatio in omnibus circa pulmonem morbis. Progn. XIII. 10. Coac. 399.

25 Singultus, cum vomitionem criticam antecedit.

Singultus semper malus. Coac. 44. præsertim si ex inanitione fiat. V. apb. 3. 4. VII. 3. 10. 17. & 41.

30 Horror postridie repetens in iis, qvi horrerunt & judicato- rie exsudarunt, Coac. 24.

Horrores crebri ex dorso: I. Prorrh. X. 2. Coac. 8. crebri & tenues cum sudoribus tenuibus. ib. 13. 14. 45. post sudorem: in doloribus, 19.

Rigor

Rigor quotidianus, febre ar- Rigores crebri exdorsio: Coac. dente laboranti superveniens. II. continentis: 9. 21. multi cum IV. apb. 58. 63. Coac. 136. de judic. torpore: 14. cum sopore: 7. cum posteriorum partium di- stentione: 23. cum aestu: I. 5.

Prorrh. VIII. 8. cum perversione oculorum: ib. X. II. cum exolu- tione virium: Coac. 22. cum suppressione urinæ: 25. cum judica- tione: I. Prorrh. XIV. 9. ægro jam debili: IV. apb. 46. Coac. 9. die sexto: IV. apb. 29. Coac. 16. decimo septimo, vigesimo quarto. ib. II.

Vox libera & expedita.

Vocis defectio: I. Prorrh.

IV. 10. Coac. 34. 77. 247. in primis cum singultu, aut exolutione virium, Coac. 247. 251. 256. aut respiratione elata & conspicua, I. Prorrh. III. 8. 9. 10. XII. 12. aut insania, aut ignorantia, aut crebro rigore, aut dolore, aut ex dolore, Coac. 250. 253. aut post judicationem. I. Prorrh. XII. 1. qvære speciem præ se convulsionis fert. ib. VII. 4. XI. 5. Coac. 248. Obscu- re loqui. I. Prorrh. V. 6.

Respiratio facilis. Coac. 260. Respiratio difficilis: IV. apb. 393. rarer ac lenior. Progn. IV. 50. Progn. XVII. 4. 8. XXI. 4. Co- 20. XXI. 3. Coac. 211.

ac. 17. 77. 402. crebra, magna & rara: Coac. 260. I. Epid. III. agr.

I. 19. III. Epid. III. agr. XV. 13. XVI. 8. magna & freqvens: Progn. XV. 3. I. Prorrh. XXIII. 9. sublimis: III. Epid. II. agr. VII. 3. conspicua: Coac. 252. minuta: III. Epid. III. 24. obscura: tussiculosa su- 25 spiriosa: Coac. 62. 402. 519. 540. luctuosa. VI. apb. 54. stertorosa. Co- ac. 386. coacervata: ib. 339. I. Prorrh. V. 2. offendens: IV. apb. 68. velut revocata & ingeminata, I. Prorrh. XI. 5. Coac. 266. I. Epid. III. agr. I. 19. sive duplicata: Coac. 260. subito revulsa: I. Epid. III. agr. XI. 8. convulsiva: frigida è naso & ore: Coac. 260. Calida: tur- 30 bida: ib. 49. conf. VI. Epid. II. 14. &c.

Virium robur atq; constantia

Viri imbecillitas. I. Prorrh. V. 10. Coac. 53. lipothymia. V. apb. 56.

*apb. 56. lipopsychia: II. 41. palpitatio cordis, III. Epid. III. agr. XVI.*

Pulsus vehementes, magni, Pulsus languidi, parvi, con-  
frentes, rari, undosi, dicroti, citati, inæqvalentes, inordinati,  
æqvalentes, ordinati, adeoq; o-  
mnes, qvi in sanis notari solent,  
*d. alim. XI. 15.*

Pulsus languidi, parvi, con-  
frentes, rari, undosi, dicroti, citati, inæqvalentes, inordinati,  
æqvalentes, ordinati, intermitentes, intercurren-  
tes, myuri, vermiculantes, for-  
micantes, & qvotqvot à cu-  
jusq; sani modo longius rece-  
serunt, *conf. II. morb. Mul. XIII. 8.*

*Cibum bene appetere, II. apb.  
32. saltem oblatum non recusa-  
re, ib. 33. nedum fastidire.*

*Cibum non appetere, etiam  
oblatum recusare, aut fastidi-  
re. VI. apb. 3. VII. 6. VI. Epid. II.  
30. Pauco expleri. I. Prorr. II.*

*II. Coac. 481. Belle comedenti corpus non proficere. II. apb. 31. 32.  
Sitire, qvum oportet: IV.*

*V apb. 19. aut non sitire qvum non  
oportet. Progn. XIV. 13. Coac. 339.  
oportet. ib. 54. Sitis præter ra-  
tionem soluta, I. Prorr. VII. 7.*

*Coac. 53. aut valde urgens, Progn. XV. 6. III. Epid. III. agr. XIII.  
aut crebro permutata, sive vicibus multa & nulla. I. Prorr. VI.  
5. Coac. 50.*

### Dejectio jussa. 601.

*Dejectio invita: fallens æ-  
groti sensum, & clam prodiens:*

*I. Prorr. X. 6. Coac. 139. 596. 631. labore freqvens, conatu irrita. 621.*

*V Urina, qvum opus reddita, &  
bene tum procedens. Coac. 386.*

*Urina dolorosa: I. Prorr. VII. 9. intercepta ex perfrige-  
ratione: ib. VI. 15. involunta-*

*rie noctu reddit. Coac. 20. non recordanti profluens: I. Prorr.  
IV. 3. Coac. 474. 596. stillans: I. Prorr. VII. 11. suppressa. ib. XV. 6.*

*Decubitus talis, qvalis esse sa-  
nis consuevit: Coac. 497. scil. in  
latus dextrum aut sinistrum,  
cervice, manibus, cruribusq; re-  
ductis, & toto corpore molliter*

*Decubitus in ventrem: su-  
pinus, cervice, manibus, pedi-  
busq; extensis, & inæqvaliter  
disparsis, aut valde contortis.  
Ægrū in ipso morbi vigore vel  
Ff posse.*

posito : Progn. III. 5. 6. 7. pedibus item, & pectore probe te-

le residere : aut ad pedes pro-  
volvi, eosve nudos habere.

Progn. III. 8. Ec. ib. IV. Coac. 497.

ctus.  
Lacrymæ qvibus in febribus  
aliisve morbis voluntarie pro-  
fluunt, absurdum non est. IV.  
apb. 52.

Lacrymæ, qvibus qvocumq;  
in morbo præter voluntatem s  
effluunt. IV. apb. 52, Progn. II. 20.  
apb. 52.

Lemas circa oculos non ap-  
parere.

Lemæ aut sordes circa ocu-  
los concretæ. Progn. II. 25. Co-  
ac. 218.

Sordes in auribus amara. VI.  
Epid. V. 35.

Sordes in auribus dulcis. VI.  
Epid. V. 35.

Sanguinis è naribus fluxiones  
largæ, Coac. 87. septimo, nono,  
aut qvarto decimo die, è dire-  
cto, & cum signis coctionis.  
150. 152.

Sanguinis fluxiones parvæ :  
Coac. 57. 334. 340. plures : mul-  
tæ & vehementes : ib. 338. I. 15  
Prorr. XXI. I. biliosæ : modi-  
cæ meracæ : III. Epid. I. agr. III.  
14. repentinæ æstivo & autu-

minali tempore qvarto die, I. Pro rr. I. 2. Coac. 133. 179. 330. aut un-  
decimo : 336. ib. I. Prorr. XXI. 8. è contrario, & adverſa parte : 20  
XIX. Coac. 327. cum signis pravis : VI. apb. 9. I. Prorr. X. 9. stilla-  
tiones : Coac. 57. 227. 405. 600. valde rubicundæ. 330. 412. I. Prorr.  
XIX. 7.

Salivatio in somnis cum sudo-  
re. I. Prorr. XV. 16. 17.

Salivare mente motis : I.  
Prorr. II. 5. Coac. 94. 102. inter 25  
loquendum. II. Epid. 2.

Sputa cujusmodi in sanis : in-  
sipida videlicet, alba, lævia, æ-  
qvalia, neq; tenuia nimis, neq;  
crassa, qvæq; promte & facile ex-  
spuuntur, qvæq; levitas & fasti-  
dii cessatio seqvuntur. A capite  
crassa, nec olientia. A pectore si-

Sputa sanorum dissimilima.  
A fauibus diu cruda ; subari-  
da : Coac. 369. cræbra : 378. vi-  
scida, crassa, exalbida, vi edu-  
cta. 377. A pectore biliosa &  
purulenta : 379. 392. 408. 410.  
candida, glutinosa, flava, 390. ru-  
similia

milia puri: permista bile flava, sa, sincera, viridia, nigra: suppressa: 242. 243. spumosa, 450. viscosa: livida, fetida: dulcia: 386. tarde aut difficulter producuntia: dolorē non sedantia: rotunda. conf. Progn. XIII. 4. ad 15. XIV. 1. XV. 4. 5. 12. 13. Coac. 390. 391. 394. 407. 408. 410. 413. 434. 435. VI. Epid. III. 63. 5§. VI. 39.

Vomitus mixtus ex bile & pita-  
10 tuita, non multus, non crassus;  
aut cujuscemodi sponte fieri so-  
let. Progn. XII. 9. Coac. 556.

nosus: ib. 62. I. Prorr. II. 1. viridis, niger, lividus, ruber, aut o-  
15 mnium colorum: ib. XI. 1. Coac. 556. ater: IV. apb. 22. sanguino-  
lentus: Conc. 426. 434. malus, supputris & fetidi odoris: exig-  
us biliosus: I. Prorr. X. 7. parvus & frequenter repetens: Coac.  
560. anxious. conf. Progn. XII. 10. Sc. Coac. 556. ad 571.

Dejectio mollis & figurata,  
20 atq; eodem fere tempore, quo  
secunda valetudine assvevit,  
modoq; conveniens his, qvæ as-  
sumuntur. Aut liqvida non stri-  
dens, neq; crebro, neq; paula-  
25 tim secedens. Sed bis aut ter in-  
terdiu, noctu semel; plus tamen  
prima luce, pro contuetudine  
cujusq;: & crassior à morbo ad  
judicationem eunte, & aliquate-  
30 nus fulva; sive subrufa, nedum  
præter naturam olens. Progn.  
IX. 8. ad 18. XIV. 14. Coac. 152. 601.

Vomitus meracus: I. Prorr. VIII. 1. varius, tum alias, tum si-  
sele mutuo conseqvuntur: ib.  
VII. 12. 13. biliosus: ib. X. 7. Co-  
ac. 463. 507. porraceus: ærugi-  
nosus: ib. 62. I. Prorr. II. 1. viridis, niger, lividus, ruber, aut o-  
mnium colorum: ib. XI. 1. Coac. 556. ater: IV. apb. 22. sanguino-  
lentus: Conc. 426. 434. malus, supputris & fetidi odoris: exig-  
us biliosus: I. Prorr. X. 7. parvus & frequenter repetens: Coac.  
560. anxious. conf. Progn. XII. 10. Sc. Coac. 556. ad 571.

Dejectio cita. Coac. 368. Sed  
ne hæc qvidem terrere protin-  
nus debet, si matutinis tempo-  
ribus coacta magis est, aut si  
procedente tempore paulatim  
contrahitur, & rufa est, neq;  
foeditate odoris similem alvū  
sani hominis excedit. Terribi-  
lis contra omnis æruginosa:  
Prognost. X. 3. ad 10. Coac. 330. al-  
ba: I. Prorr. II. 6. VII. 1. XVI. 6.  
Coac. 91. aqvosa: atra: IV. apb.  
21. bile abunde colorata: Co-  
ac. 608. 612. biliosa cum efflo-  
rescentia spumosa: I. Prorr.  
Ff 2 III. 5.

*III. s.* Coac. 607. candidans : ib. 615. I. Prorr. VII. 1. circumbilliosa: ib. cruenta: I. Prorr. I. 3. decolor valde: IV. apb. 21. exigua: farinæ similis & stercorosa: Coac. 601. fetida: Progn. X. 6. abunde fermentata. I. Prorr. IX. 6. Coac. 604. friabilis: 608. 610. glutinosa, Progn. c. l. Coac. 614. graveolens: 624. lœvis: 611. larga: 465. 624. limosa: 465. I. Prorr. XXII. 3. liqvida: ib. V. 6. Coac. 465. 609. 610. 613. livida: 631. I. Prorr. XV. 1. maculis nigris distincta: Coac. 614. meraca: 613. I. Prorr. VI. 14. XV. 8. multa cum nigris: Coac. 333. nigra: 612. 633. I. Prorr. XX. pallida cum virore: Coac. 608. 611. perfrigerans: 610. pinguis: 631. pituitosa. 611. porracea: 10 Progn. c. l. præruba: ib. I. Prorr. IX. 6. Coac. 179. 330. 465. 611. 613. 632. sanguinis splendidi aut grumosi: 611. sicca, neq; cohærens: 608. spumosa: 602. I. Prorr. VI. 14. VII. 1. XXIV. 1. stercoracea: Coac. 617. strigmentosa: 631. subcrocea: Progn. c. l. subfriabilis liqvida: I. Prorr. XVI. 2. subpallida cum virore: Coac. 611. subpituitosa: 17 604. subrubra: 465. 624. tenuis: 608. varia; 612. sive simul inter se mixta, sive per vices prodeant. Progn. c. l. cum sedimento a- qveo & pallido virescente, aut limoso & sublivido, aut purulen- to eoq; puro aut cruentis ramentisve mixto. Coac. 602. 604. 608.

Urinæ mediocres, & pro ra-  
tione crassentes. Colore ci-  
trinæ: subrubicundæ. Sedi-  
mentum album, lœve, æqvale;  
tempore iudicationis. Co-  
ac. 149. 150. subrubrum & leve in  
urina simili: multum. *Epi* 150.  
rubrum cito apparens. Nubecu-  
la alba & deorsū vergens. Progn.  
XI. II. XII. 3. 4. conf. Coac. 575.

Urinæ aquosæ I. Prorr. XV. 20  
3. biliosæ: crassæ primum dein-  
de tenues: crudæ: cruentæ:  
albæ pellucidæ tenues: turba-  
tæ cum sudore: turbidæ:  
jumentorum instar. Coac. 139. 25  
Colore albæ, I. Prorr. VII. 2.  
præsertim valde æruginosæ:  
fulvæ, nigræ: ib. I. s. XII. 9. rubi-  
cundæ valde. VII. 10. Odore fo-  
tidæ. Sedimentum instar cras- 30  
fioris farinæ, squamularum, furfurum: genituræ simile. XII. 3.  
Nubecula nigra: sursum lata. Contentum pingue & instar ara-  
næ: arenosum: pelliculosum: purulentum, conf. ad Progn.

XL.

XI. 6. Sc. XII. I. ad 7. Coac. 576. ad 600.

Sudores, qvi cœperint die tertio, qvinto, septimo, nono, undecimo, decimoquarto, decimoseptimo, vicesimoprimo, vicesimo septimo, tricesimo primo, & tricesimo quarto. li enim sudores morbos judicant: præsertim si ex toto corpore profluunt calidi & tenuis; fiantq; in somnis, cum euphoria. Progn. V. 1. 2. Coac. 150. 572.

circa frontem graveolens: à fronte incipiens; circa pedes & crura. I. Prorr. V. 7. XIV. 5. Coac. 49.

v Pus album, lave, æqvale, & qvamminime graveolens; e- jusdem coloris; atq; expers pituitæ. Progn. VII. 6. XVII. 12. XXII. 17. Coac. 402.

ib. 44. Coac. 409. ad fundum subsidens. Progn. VII. 8. XVII. 19. Coac. 402.

Lumbricos descendere eunte morbo ad crisin. Progn. X. 1. Co- ac. 601. d. judic. I. 7.

Flatus sine sonitu aut crepitu exiens. Progn. X. 10. Coac. 601.

Corpus totum æqualiter calidum esse ac molle. Progn. IIIX. 12. XIV. 12. Coac. I. ad 6. 393. 492. I- sterus die septimo, aut nono, aut

Sudores, qvi aliis, qvam re- censis diebus, aut intempesti- ve fiunt: IV. apb. 36. multi & frigidi: Coac. 573. continui: III. Epid. III. agr. IV. 4. & multum debilitantes: multi cum acutis febribus, I. Prorr. VII. 8. Coac. 574. aut repentina impo- tentia: 638. acervati in convul- sionibus: 361. 380. circa caput, faciem, & collum: 402. 572.

Pus lividum, Progn. | IV. 8. aut ex pallido virescens: sub- cruentum, VII. apb. 44. Progn. XIX. 5. pituitosum: spumans: qvalis amurca, VII. apb. 45. lu- tulentum, & graveolens:

Lumbricos per os exire. IV. Epid. III. 33.

Flatus non erumpere; Coac. 44. sed revolvi: aut cum sonitu prodire. Progn. X. 11. Coac. 495.

Corpus totum grave: Coac. 493. frigidum: 83. mortiferū: febricitantium non omnino leviter constare sibi, Progn. XV. Ef 3

undeci-

## SEMEIOTICA.

222

III

undecimo, aut quartodecimo superveniens citra duritiem hypochondrii dextri. *IV. apb. 64. apb. 64. Coac. 121.*

Facies bene valentum similis: in magnis morbis constans: ex tumida facta depressa. *Progn. II. 2. Coac. 211.*

*13. Coac. 213. cum moestitia: cum inediis: Coac. 67. flammeus cum sudore: ib. 7. I. Prorrh. VIII. 9. bene habita in febribus: Coac. 67. 128. aut in parvis morbis prava: tristis: 388. circumtensa & contracta: corrupta. 212.*

Frons sanorum similima: da: *XV. 9. Coac. 213. venæ circa eam tumidæ. V. Epid. XXII. 21.*

Oculi albi, clari, lucidi, & omnino sanorum similimi. Albū ex nigro aut livido clarum fieri. *Coac. 217.*

*218. concavi: 23. 24. 28. 72. 212. 218. 219. 402. Progn. II. 7. 22. XVI. 15. distorti: I. Prorrh. X. 11. XI. 7. contracti: ib. 2. colorati nantes velut dormitantium: Coac. 388. pulvere obsiti: I. Prorrh. II. 12. expressi foras: intente splendentes: XIII. 1. Coac. 218. 351. ferocientes: 162. I. Prorrh. XI. 6. sacci arescentes sicut spuma: subapparitiones in somnis. VI. apb. 52. Progn. III. 1.*

Palpebræ naturaliter constitutaæ.

*Palpebræ livescentes: Coac. 212. perversæ: Circumtentæ: non commissæ. 218. aut 30 commissis aliquid ex albo subapparere: IV. apb. 52. cilia retorta. Progn. III. 2. 3.*

Aures naturaliter habentes.

*Aures frigidæ, pellucidæ, contra-*

*7. nec minui, aut etiam plus æquo colliquefieri: II. apb. 28. icterus superveniens duro hypochondrio. IV. apb. 64. Coac. 121.*

*Faciei color alias à natura- li: utpote pallidus, niger, lividus, aut plumbens: Progn. II. 2. II. Coac. 212. 66. bonus cum vultu tetrico: I. Prorrh. VI.*

*10 13. Coac. 213. cum moestitia: cum inediis: Coac. 67. flammeus cum sudore: ib. 7. I. Prorrh. VIII. 9. bene habita in febribus: Coac. 67.*

*128. aut in parvis morbis prava: tristis: 388. circumtensa & con- tracta: corrupta. 212.*

*Frons dura, intenta, arida: Progn. II. 10. contracta: frigi- 15*

*da: XV. 9. Coac. 213. venæ circa eam tumidæ. V. Epid. XXII. 21.*

*Oculi rubicundi, Coac. 219,*

*svalentes, obscuri, I. Prorrh.*

*XV. 13. tumidi, aut venulæ in 20 albo livescentes, aut nigrican- tes, alter altero minor: Coac.*

*218. concavi: 23. 24. 28. 72. 212. 218. 219. 402. Progn. II. 7. 22. XVI.*

*15. distorti: I. Prorrh. X. 11. XI. 7. contracti: ib. 2. colorati na-*

*tantes velut dormitantium: Coac. 388. pulvere obsiti: I. Prorrh.*

*II. 12. expressi foras: intente splendentes: XIII. 1. Coac. 218. 351.*

*ferocientes: 162. I. Prorrh. XI. 6. sacci arescentes sicut spuma:*

*subapparitiones in somnis. VI. apb. 52. Progn. III. 1.*

*Palpebræ livescentes: Co-*

*ac. 212. perversæ: Circumten-*

*tae: non commissæ. 218. aut 30*

*commissis aliquid ex albo subapparere: IV. apb. 52. cilia retorta.*

*Progn. III. 2. 3.*

*Aures naturaliter habentes.*

*Aures frigidæ, pellucidæ,*

*contra-*

Contractæ: Coac. 191. 212. extremitates earum inversæ. Progn.

II. 9. Aurium rubores, Coac. 200. 380. sonitus, aut tinnitus, I. Prorrh.

III. 1. V. s. Coac. 130. 139. 191. 193.

Tempora sanis similia.

Tempora collapsa. Progn. II.  
8. Coac. 212.

Nasus sano similis.

Nasus lividus: pallidus: acutus, perversus. Progn. II. 6.  
Coac. 72, 212.

Malæ, quales esse sano sole-  
bant.

Malarum rubor. XVI. 15. Co-  
ac. 402. in malas & labia dor-  
mientium instar inflare. VII. Epid. XXIX. 9.

Labia sese ut in sano habentiæ.

Labia perversa, resoluta &  
pendula, frigida, exalbida: li-  
vescentia. Progn. III. 4. Coac. 72, 212.

Dentes pueros manere.

Dentibus lentores obnasci.  
IV. aph. 53. stridere: Progn. IV.

4. I. Prorrh. VI. 11. Coac. 235. eos resiccari: ib. siderari. 237.

Lingua recte se habens: non  
decolor: aut biliosa: Coac. 384.  
aut ejus disulcum velut saliva al-  
ba obductum. 230.

Lingua adusta: æstuosa: ar-  
dens: arida: aspera & valde  
densa: Coac. 400. bulla sublivida  
in ea apparens: 384. combu-  
sta: III. Epid. I. agr. II. 5. den-

sa & valde arida: fulignosa arida: II. Epid. III. agr. 12. horrida  
statim, postea exasperata, fissaq;: livida: mollis præter rationem:  
nigricans: obscura peripneumonica: pallida albicans: I. Epid.  
III. agr. I. 1. 11. 12. aspera resiccata: I. Prorrh. I. 5. rubicunda re-  
siccata: III. Epid. II. agr. VII. sicca: cum efflorescentia aspera  
pallida & albicante. 229. ad 235.

Fauces humidæ naturali mo-  
do constitutæ.

Fauces exulceratæ. Progn.  
XXIII. I. Coac. 276.

Collum rubore, præsertim in  
anginosis.

Collum durum: Coac. 261.  
perfrigescens. 83, 263.

Hypochondria mollia, æqua-

Hypochondria intenta, Pro-  
lia, &

SEMEIOTICA.

III

224 lia, & doloris expertia. Progn. V. gn. XXV. 14. I. Prorr. XXI. 7.  
ii. Coac. 279. 395.

& inæqvaliter affecta dextra ad  
sinistra, aut inflammata, ib. I.

g. aut pulsatio in iis, Coac. 282. aut tumor durus & dolens: 280.  
sublimia. Progn. V. 12. 13. VI. Coac. 287.

Venter mollis & bene tumidus. Progn. X. 2. & partes qvæ ad umbilicum & imum ventrem sunt, crassitudinem habere. II. apb. 35.

Venter in tumorem sublatus. Coac. 330. valde calidus: Progn. XV. 8. aut ardens velut in volvulis: æstus circa ventriculum vehemens. IV. apb. 65. Qvod circa umbilicum & pu-

bem est, valde tenue & extabefactum esse II. apb. 35.

Genitale & testes naturaliter penduli.

Genitale & testes sursum contracti. Progn. IX. 20. Coac. 494.

Extrema calida & naturaliter habentia. 12. sublivida: ib. agr. 8. non recalcitrantia: ib. agr. 1. 2. in utrumq; celeriter mutata. I. Prorr. VI. 4. Coac. 50. Externa algere interna uri. IV. apb. 48; Coac. 115.

Manus modice calidæ, & quales sanis esse consueverunt.

Manus frigidæ velut congelatae: Coac. 442. macula livida circa illam. Carpus extimus

fricens, brachio & manu tepentibus.

Pedes moderate calidi, & quales esse sanis solebant.

Pedes non admodum calidi: Progn. III. 10. VIII. 16. calidi in horroribus: frigidi. Coac. 294.

frigidi instar lapidis: lividi: omnino nigri: tepidi. Progn. XV. 9. rubentes. Coac. 63.

Ungues naturalibus similimi. Ungues lividi: curvi. Progn. IX. 15. XVI. 16. Coac. 402. 493.

Cutis mollis & bene habita.

Cutis arida. V. apb. 71. Coac.

212.

LXIII.

LXIII. Qvæ mortem denunciant, quasi duum generum sunt: qvædam namq; futuram, qvædam præsentem mortem testantur. Ultraq; qvando denuncietur, ordine exponit. Celsus libro II d. c. 6. medio, ad qvem brevitatis ergo lectorem remitto.

LXV. Tempus vero, qvod in præsens præagiendū est, duplex est: indefinitū & definitū. Illud ad durationē morbi: hoc ad terminum pertinet. Durationis præagium est, qvod morbi vel longitudinem vel brevitatem designat. Longum vero morbum, aut brevem fore, cujusq; natura & symptomata præmonstrant. Naturam appellans intelligo nunc, non modo speciem morbi, sed & qvicq; id ei per se vel propter aliud accidit. Species ad præscientiam morbi durationem propterea confert, qvia morborum alii suapte natura, alii partis, qvā insident, longi aut breves sunt. Suapte natura brevis qvidem morbus est, qvicumq; ex materia calida, tenui, acri, maligna, simili est: contra longus, qvi ex frigida, crassa, lenta, miti est. Per se brevis est inflammatio qvælibet: brevior tamen bilioſa. Per se longum asthma est; sed longius, qvod à pituita, qvam qvod ab ichore est. Partis ratione morbus tanto vel ad salutem vel ad mortem brevius contendit, qvanto nobilior aut necessarioſer est; & contra. Sic qvibus cerebrum sideratum, h. e. Inflammatum est, intra tres dies intereunt. Qvod si hos superaverint, sani fiunt. VII. apb. 50. Inter ea, qvæ morbo accidunt per se, nihil huc æq; facit, qvam observatio proportionis, qvam inter se periodi & accessiones habent, qvotiens per eas morbus circumducitur. I. apb. 12. Tum vero in his spectari debent magnitudo, motus, tempus, & modus, qyo decedere unaq; libet accessio solet. Magnitudinis ratio alia in diversis, alia in eisdem morbis est: qvamqvam utrobiq; estimari ex vehementia afflictionis, ex tempore redditionis, & tractu durationis debeat. II. Epid. I. 24. &c. In diversis sic constitutum est, ut accessiones majores longiorem, minores contra breviorem morbum prænuncient. Sic tertiana exacta, cujus paroxysmi duodecim horas non excedunt, septenis ad summum circuitibus terminatur. IV. apb. 59. Coac. 148. d. judic. IV. 10. Notha vero, tanto ferius abit,

Gg

qvanto

qvaro ejus accessiones ultra illud temporis spatium longius protrahuntur. In eisdem morbis ita obtinet, ut citius finiantur, qvarum accessiones maiores aut mitiores redduntur qvotqvot vicibus, qvam qvi semper eas pares habent. Hoc indies observare in Febribus, præsertim tertianis est. In eisdem obtinet & illud, qvod citius desinant, qvæ mobiles typos, qvam qvæ statarios & fixos habent. Certe qvibus paroxysmi fiunt, qvacumq; hora dimiserit febris, cädem si postero die repetat, difficile judicantur.

*IV. apb. 30.* Ex motu duratio ut definiatur, considerare ejus proportionem & ordinem atq; progressum oportet. Proportionem: 10 accessionum qvippe æqualitas brevem, inæqualitas contra longum promittit. Ita citius ea febris desinit, cujus paroxysmi duodecim horarum sunt, qvam cuius varii: nunc contracti scil: nunc producti sunt. *conf. I. Epid. I. 57. 59. 60. 61. II. 39. 40. 42. 45.* Ordinem: nam qvi ordinatam habent periodum, breviores esse 15 iis solent, qvi sine ordine repetunt. Sic febres intermittentes, qvæ vago incertoq; ordine redeunt, fere in qvartanam transiunt; magisq;, si autumnus sit. Progressum: exacerbationes enim, qvanto vehementius promovent, tanto & celerius ad finē tendunt. Id iterum in Tertiana exacta experimur. Tempus accelerationum qvod attinet, præ aliis citius finiuntur febres, qvæ tertio qvoq; die & in meridie redeunt: deinde, qvæ mane exasperātur: tardiorēm contra solutionem habent, qvæ qvotidie accedunt & recedunt: tardissimam vero, qvæ qvarto qvoq; die circa noctem insurgunt. *conf. I. Epid. III. 22.* Modus deniq; ad paroxysmum vel 20 decadentem vel decessum pertinet. Decessio enim si est cum aliqua insigni excretione, breviores: si absq; ea est, longiores morbos facit. Febris certe, cujus paroxysmi in sudores desinunt, brevius vincitur: uti contra serius, qvæ siccā aridave est. Integritas qvacumq; pura est, nullisve vestigiis nisi levibus admodum & 25 obscuris inhæret, brevem fore morbum pollicetur: sicut longum, qvacumq; solida non est. Hoc observare est in Tertiana exacta & notha. Huic rei præterea non parum ea conferunt, qvæ morbo

morbo ab ætate, à vita, consuetudine, victu, regione, tempestate, medicina, aliisq; similibus accidunt. Ab ætate est, qvod raucedines & gravedines in valde senibus non coqvuntur. *II. aph.*  
*40.* Etiam juvenes à comitali morbo sæpe non liberantur nisi mutatione ætatis, & regionum, & victuum. *ib. 45.* A tempestate est, qvod æstivæ quartanæ plerumq; breves; autumnales autem longæ esse consueverint, præsertim qvæ ad hiemē pertingunt. *ib. 25.*

**LXVI.** Præ istis vero plus omnino symptomata præsignificando durationem conferunt, tam generatim, qvam speciatim. In genere hoc verissimum est, non posse diu morbum durare, qui protinus extremos labores habet. Sub quo qvia periculum est, nulli non in votis est, ut possit longus fieri. Et sic necesse est, nisi occidit. Neq; enim ulla alia spes in acutis est, qvam ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturq; in id tempus, qvod curationi locum præstet. *Cels. II. 5.* Cuicumq; vero postea futurus est vigor, ejus longitudo ostenditur ex eo, qvod symptomata sibi diu similia perseverent. Qvod si vero speciatim Symptomata considerentur, Functiones læsa, quantum in se est, breviorem morbum promittunt, qvanto minus sunt offensæ. Sic enim delirium esse brevius, qvam insania solet: & lipothymia, qvam lipophyschia: & dysenteria sine qvam cum dolore. Qvod si Functiones, non ex se, sed necessitate & dignitate æstimantur, gravius læsa breviorem morbum arguunt, Hinc est, qvod intra septem dies moriuntur, qvibus ad pulmonē angina divertit. Qvas tamen si effugiunt, purulenti fiunt. *IV. aph. 10. Coac. 367.* Excreta qvod attinet, ea morbi durationem multis modis testantur. Potior est, qui desumitur à materia mutatione, cum in melius, tum in deteriorius. Materia certe morbifica qvanto citius vel mitigatur vel depravatur, etiam brevi absolutum iri ægrotantem præmonstrat, seu morbo seu vita. Sic sputum qvod in pleuritide statim apparet, ipsam abbreviat: qvod postea, producit. Urinæ quoq; & alvi excrementa, & sudores cum apparuerint, morbos iudicatu faciles aut difficiles itemq; breves aut longos fore

denunciant. *I. aph. 12.* Ceterum heic providendum est, ne qvem coctionis species fallat. Non fallit autem, qvæ vera est, qvæ certa est, qvæ integra est. Vera est, qvæ ut appareat, ita habet. Sic in urinis vere coctum sedimentum est album, læve, æqvale; non autem viscidum & muccosum: qvale est, qvod ab humore crudo subsidens, laudatum sedimentum mentitur. Certa est, qvæ in melius, & constanter proficit. Proficit ita, qvæ v. c. ex tenui crassescit, turbatur, subsidit, tardius, citius. Longæ ergo valetudinis indicium est, si urina liqvida & puta est, modo haber qvædam subsidentia: aut si varia sunt, modo alba, modorubra, qvæ in ea <sup>10</sup> subsidunt. *Cels. c. I.* Sic & dejectiones, qvæ valde liqvidæ sunt, & rursum compactæ, meracæ, stercoraceæ, longitudinem significant. Integra deniq; est, qvum & tota materia, & totum materiæ coctum est. Hoc in excretis æqualitas dicit. Qvæ igitur inæqualia, diurna sunt. Porro non parum quoq; ad præsciendam morbi durationem conferunt Excretorum quantitas, modus, qualitas, locus atq; tempus. Nam cui materia morbifica subest, certum est, excerni debere, ut sua homini salus redeat. Qvum igitur nihil ejus, nimisve parvum aut paulatim excernitur, longum: si vero multa & confertim ac facile promteq; exeunt, qvæ exire debent, brevem morbum significant. In qualitatibus multa sunt, qvæ spectare hujus rei causa convenit. Observatum quippe, breviores à calidis, longiores contra à frigidis, ubi etiam cumq; corporis fuerint, morbos existere. Sic frigidi sudores cum mitiore febre, morbi longitudinem significant. *IV. aph. 37. d. judic. VIII. 2. 8.* Eadem portenditur, si frigidus sudor inter febres non acutas, circa caput tantum & cervices oritur: *Progn. V. 4. 5. de judic. VI. 9.* aut ubi corpus modo frigidum, modo calidum est. *IV. aph. 40.* De eorum, qvæ exeunt, crassitie, & tenuitate priusquam iudices, ante naturam consulere morbi oportet. Quidam enim finiuntur celerius si crassiora indies exeunt: qvæd in ulceribus evenit, aquosa enim sanies diurna est. *d. judic. V. 3. 4.* Alii contra spem brevitatis sua tenuitate faciunt. Ita in febribus sudores frigi-

di

gidi & viscidi, longitudinem: contra tenues & aquos, brevitatem promittunt. *Progn. V. 8.* Sunt, ubi mediocria, neq; crassa nimis, ceteris ad significandam brevitatem praestant. Certe in pleurite sputum, quod aut tenuerit crassum est, haberi in malis solet. *Coac. 390.* Foetor excretorum quanto abit à naturali longius, longiorem quoq; morbum existere docet observatio: ut & contrarium, si naturali proximus aut similis fuerit. In his, quæ à peccatore tussis emolitur, longitudinem aut brevitatem strepitus promittit: illam, si magnus & multus est: hanc, si parvus & paucus est. *ib. 338.* Locus præterea, qva sit excretio, siquidem est idoneus, sperare brevem; si non est, longum jubet. Idoneus vero locus multis modis est. Idoneus enim est, Si edirecto est. Sic recte, inflammatu hepate, ex dextra: liene vero, è sinistra nare sanguis fluit. *I. Prorr. XIX. 2.* Deinde, si via ordinaria est. Sic caput laboranti & vehementer dolenti pus, vel aqua, vel sanguis effluens per nares aut os, felicius dolorem tollit, quam si per aures aliquid eorum exeat. *VI. apb. 10.* *Coac. 172.* Deinde, si via patula est. Sic febres per alvum promptius, quam per urinas solvuntur. Deinde, si via varia est. Cito enim morbus solvit, cuius materia per alvum simul & sudores ejicitur. Deniq; si via foras dicit, Sic enim, qibus spes est ad articulos abscessum futurum, abscessu liberat urina multa & crassa & alba. Quod si ex naribus etiam sanguis profluxerit, breviadmodum solutio fiet. *IV. apb. 74.* Tempus tempestivum excretioni si erit, brevem deniq; morbum præsignificat: si non erit, minime brevem. Tempus autem excretionis tempestivum dicitur duobus modis: generatim & speciatim. Illo modo tempestivum est, quodcumq; morbi cuiusvis naturæ magis est consentaneum. Sic enim quod excerni per cutem debet, nullo non tempore aut recte egeritur, aut male cohibetur. Et semper bonum est, pus in ulceribus apparere: *conf. d. judic. V. 3.* à cerebro pituitam expurgari, sive per os, sive nares: à corpore biliosa serosaq; per urinas redi. Sic & commode, bilis qvidem incipientibus paroxysmis vomitur; sudores autem de-

230

vigescentibus profluunt. Alvus autem ante paroxysmos tempestivius deonatur. Altero modo tempestivum tempus est, qvod in illos dies incidit, in quibus ordinarie judicium accidit. Ita sudores febricitantibus boni, qui manare cæperint die tertio, quinto, septimo, nono, undecimo, quartodecimo, decimo & septimo, supra vigesimum primo aut septimo, suprave trigesimum primo aut quarto. Iti sudores enim morbos judicant. Qui secus evenerint, laborem & morbil longitudinalinem, & in aliquibus recidivam significant. IV. apb. 36. de judicat. IV. 13. Ultimo se loco Solidorum qualitates offerunt. Sic longi morbi signum est, ubi æger pro spatio parum emacrescit: II. apb. 28. aut ubi, qvod inter febres aliqua parte abscessit, ad sanitatem non pervenit: IV. apb. 51. aut corpus modo frigidum, modo calidum est, & color aliis ex alio fit. ib. 40. d. judic. VIII. 5. Sed & Symptomatum, quæ in aliis & aliis notantur, similitudo plurimum ad morbi seu longitudinalinem seu brevitatem prænoscendam confert. Qui enim eodem tempore & eodem morbo ac modo ægrotant, eodem fere uti fortuna conservaverunt.

LXVII. Definiti temporis est præsagittio diei vel horæ, quæ terminari morbum oportet. Diem præsagitturus attendere ad cū-jusq; morbi naturam atq; effecta debet. Natura quippe aliqui certo die, alii incerto finiuntur. Sic uno die Diaria desinit: quatuor Synochus, à qua putredo abest. Rarū est, Tertianam exactam vel intra vel ultra septimum circuitū judicari. de judic. IV. 10. His enim & similibus præstituit natura diem: quem & observat, nisi qvid intercedat. Sic & imparibus solvi, Tertianæ proprium: paribus contra Quartanæ. Plerisq; morborum tamen, certe omnibus, qui per circuitum non moventur certum, quo desinant, diem non habent. Qui habent, eum observant certius, quo magis natura corporis favet. Ita enim, quum salus promittitur in tertium vel septimum, & per sudores, sperare hæc confidentius licet, si vires valent, si corpus gracile est, & rarum, si ambiens callet. Ita quem supervivere eo die posse symptomata negant; in seqven

seqventem & ulteriorem differre mortem posse, corporis constitutio firma affirmat. Sed &, qvæ plurimum seu prosunt seu obsunt, eo ipso qvandoq; die morbum finiunt. Qui ex symptomatis, tum aliis, tum materiae in melius aut pejus euntis, definire diem satagit, non eorum naturam modo & vim inspicere debet, sed in primis diem observare, quo primum apparet. Ita crisis futura est die septimo, qvibus in urina sese quarto rubra nebula ostendit, ceteraque; pro ratione habent. Contra, si quis lethales quartode die urinas mejat, & eodem sudare circa frontem frigidum incipiat, & delirare, & à seipso plurimum mutari, ei septimo mors est expectanda. *conf. ad Prognost. XXV. 7. ad 10. Coac 575.* Hora, qva definit morbus, definiti non potest, nisi in febrium illis, qvæ ordinatis periodis moventur. In qvibus tum quoq; opus est exercitatione & prudentia.

LXVIII. Ultimum, qvod in Morbis praesagiendum, ad Modum eventus pertinet. Modi praesagium primo speciem, deinde qualitatem, deniq; locum spectat. Circa speciem reqvirit, lyxi morbus an crisi finietur. Solvuntur morbi, qvotqvot natura longi, saltem non acuti sunt. Sæpe etiam acuti: nempe, qvum in frigidiora incident, corpora, tempora, loca. Judicantur autem morbi, qvotqvot natura acuti, certe breves sunt, & ex materia, ad matrandum idonea, atq; ad expurgandum promta.

LXIX. Qualitatis notitia pertinet ad perfectam & imperfectam morbi finitionem. Perfecta ut sit, debet esse indicata, tempestiva, fida, tuta, evidens, conveniens, utilis, sufficiens, bona. Qvæ enim accidit non-indicata, intempestiva, infida, periculosa, inconveniens, inutilis, insufficiens, mala, ea est imperfecta. Imperfecta scil. est, cui vel una ex requisitis deest. Si cuncta enim desunt, simpliciter hoc lethale est. Qvamq; ut lethale sit, plura esse potiorave sufficiat. Qvemadmodum econtrario satis est, ut salutaris crisis sit, si bonarum conditionum plures, aut potiores, saltē adsint. Indicata itaq; finitio dicitur, qvæ in die indice, qvod ad speciem & tempus, per laudabilia concoctionis inchoatae signa

gna fuit ostensa. Indicatum hoc per illud est: Qvibus die septimo futura crisis est, iis urina rubram die quarto nebulam habet, dummodo cetera secundum rationem habeant. Coac. 575. Non-indicata dicitur, qvæ absq; signis præviis accidit. Tempestiva dicitur, qvæ in vigoris summo, & in decretotio die, eoq; Natura duce fit. Intempestiva dicitur, qvæ vigente morbo, die non critico, neq; pridem indicato, adeoq; Naturæ injussu, morbi autem fraude fit. Fida dicitur, qvæ fit Natura victrice & omnia secundum rationem gerente. Infida dicitur, qvæ temere & præter rationem fit, Naturam indomitum lassente materia morbi. Tuta dicitur, qvæ sine periculis symptomatis celebratur. Periculosa contra; qvæ dilcriminis ob symptomatum vehementiam, plenissima est. Evidens dicitur, qvæ cum notabili vel excretione vel abscessione fit. Obscura dicitur, qvæ citra vel hanc vel illam accidit. Conveniens dicitur, qvæ morbi cuiusq; propria est, in specie, materia, subjecto. Inconveniens dicitur, qvæ in nullo eorum propria est. Utilis dicitur, qvæ excernit, qvæ & qva oportet. Oportet autem ea, qvæ peccant, & cocta sunt, perq; loca convenientia, hoc est, ignobilia, aperta, illæsa, proxima, edirecto, & consentientia. Inutilis dicitur, qvæ non excernit, qvæ aut qva oportet. Talis est, qvæ aut non peccantem, aut eam, qvæ peccat, materiam crudam, aut per inconvenientem locū it excretum. conf. I. aph. 21. Sufficiens dicitur, qvæ subito omnem morbi materiam protrudit foras. Insufficiens dicitur, qvæ partem ejus, quod excernendum erat, intus relinquit. Bona dicitur, qvam & æger facile fert, & aut sanitas aut melior status subseqvitur. Mala dicitur, qvæ & laboriosa est ægro, & ad pejora deducit.

LXX. Ultimum præsigium Loci est, qvotiens morbum Naturæ parat vel per excretionem vel per abscessionem judicare. Locus autem, in genere quidem, cognoscitur ex inclinatione humorum. Qvo enim vergunt, etiam duci à Natura solent. At in specie inclinatio illa cognosci ex symptomatis partium debet, ad qvas & per qvas materiam morbi deponere contendit. Sic enim futuræ

futurae Vomitionis criticæ præfigia sunt, morsus oris ventriculi, nausea, fastidium, capitum dolor & oculorum caligo, vertigo, sputum aquosum & multum a sponte fluens, labri inferioris crebra agitatio, amaror oris, crebra horre cendi & subiugandi vicissitudine, iliorum frigiditas, cordis palpitatio, spirandi difficultas. *Progn.* XXV. Coac. 142. Salivatio critica sic satis est Belgis ægris frequens. Vidimus eam non semel in Febribus tertianis ex mesenterii coluvie ortis. Quibus futura est, his, remissa febri, ciborum fastidium manet, singultiunt plurimum, albæque & humida atque ex facili decidunt aphthæ præcedunt, lingua valde humida redditur, somnus obrepit longior quidem, sed minime molestus. Alvi profluvis futurum monstrant, intestinorum dolores & tormenta præcedentia, crepitus crebri & crassi, præcordiorum murmur & elatio, ventris inflatio & turbatio, genuum gravitas, lumborumque dolor. IV. apb. 20. 73. Coac. 143. 583. Mictionis criticæ signa sunt, absentia signorum alterius cujuspiam crisis, gracilitas circa pecten & vesicæ quasi inflatio, & in viis urinæ velut prurigo, alviisque suppressio insolita, & urinarum copia paulatim crescens supra modum potionis, magisque solito tincta ac crassa. *Prognost.* XIX. 7. ad 12. Sputa expectare in morbis ad pectus attinentibus oportet. Sed haec, ex eventu potius critica censemus, quam eventura præscimus. Habenda autem pro criticis sunt, si apparent tempestive & cocta & cum euphoria. I. apb. 12. *Prognost.* XIII. 12. Sc. XIV. Hæmorrhagiæ criticæ signa communia quidem sunt, vigiliae, deliria, dolores capitum, colli, cervicalis, pulsatio temporum, arteriarumque, ceterarum concitatio, partium superiorum tensio, narium gravitas, oculorum motitatio & caligo, aurium tinnitus, surditas, os fuliginosum: propria vero, hypochondrii tensio sublonga ac tumens sine dolore & inflammatione, respirandi difficultas, visio spectrorum rubrorum, lacrymatio involuntaria, faciei rubedo fumida, non secca, uti ex cerebri aut pulmonum inflammatione est, pulsus altus & plenus ac vehemens, oculi rubentes, soletque æger furere & dissilire ac nares scalpere, atque ita aperire vias & provocare sanguinem. conf.

Hh

ad

*Ad Progn. XXV. 12. Et Coac. 142. 166.* Menstruationis criticæ signa sunt, insignis gravitas tensioq; & dolor in lumbis plerumq; aliis in abdomen & circa pectinem maxime, aliis in cruribus, cardialgia & ardor dorsi toto spinæ tractu: in primis absentibus aliarum vacuationum signis. *Coac. 167. 540. 548.* Hæmorrhoidum signa eadem sunt viris, purgari per eas solitis, & in febribus acutis similibusve morbis suppressas. *conf. I. Prorr. XIIIX. 16.* Sudores criticos expectabis, qvum deprehenderis pulsum altum, magnū, undosum, madidum, mollem, & alvum atq; urinas præter rationem supprimi; præsertim, si cum rigore id fiat, & simul æger præ accensione delirat, corporisq; partes omnes colorantur & incalescunt ac madescunt, & per alvum nihil, nisi tenue quid & calidum, & acre excernitur. Abscessum oportet expectare, si vigesimum diem morbus in junioribus potissimum excederit, neq; dolor adsit: si toto morbi decursu cum signis salutaribus urinæ tenues & crudæ minguntur: si hiems sit: si eorum, qvæ excernuntur, pars aliqua relinqvatur: si per febres lassitudo sentiatur, *IV. aph. 31.* nisi præveniat urina multa, crassa, & alba redditæ. *ib. 74. conf. Coac. 143.* Abscessus vero ad supernas partes an infernas sit expectandus, cognoscitur præcipue ex motu humoris, inclinatione naturæ, & meatuum sursum deorsumve spectantium conditione ac situ. Etiam ex morbo convalescentibus pars aliqua si laborat, eo abscessus fiunt. *IV. aph. 32. 33.* Fient autem ad infernas magis, si dolor vel inflammatio in præcordiis: ad supernas vero, si mollia & sine dolore præcordia sunt, nonnihil tamen respiratione gravatur & mox sedatur. *Coac. 395. conf. Prognost. XXIV.* Parotides fiunt, qvum adsunt illa qvæ diximus, & spirandi difficultas subito apparet & protinus disparet: qvumq; gravitas capitis & somnus ac surditas sequuntur. *Coac. 165. 183. 185. 289. 290. 563.* Bubones fiunt, si dolor fuerit sub præcordiis, vel tensio, vel inflammatio, vel gravitas sine dolore capitis, sèpiusq; punctiones qvædam velut ab acu in eorum locis percipiuntur. Variolas morbillosive deniq; præsagiunt, dolor capitis, oculorum, gutturis, cum temporum & frontis pulsatione, narium pruritus, sternutatio,

nutatio, terror in somno, paroxysmi velut epileptici, motusq;  
convulsivi; deliria, dorsi tensio & pulsatio, gravitas universi cor-  
poris, ardor & prurigo cutis, spiratio anhelosa, tussis sicca & ina-  
nis, oscitatio, cordis palpitatio, pedum tremor, pulsus pleni, mol-  
les, undosi, crebri, inæqvales & interdum interrupti, sanguinis  
è naribus stilla largiorve fluxus non continuatus, lacrymæ, vomi-  
tus, faciei & oculorum rubor, vox rauca, os siccum, cutis aspera  
& inæqualis.

LXXI. Atq; hæc qvidem de usu signorum: superest ultimum,  
ut & regulas Utendi aliquas tradamus. Qvisqvis ergo emolu-  
mentum vult ex signis capere, eum adferre geminam notitiam,  
& utramvis exactam oportet. Una est corporis, per anatomen ac-  
quisita: altera est Symptomatum, per meditatione comparata.  
*Gal. I. loc. aff. I.* Nemo speret autem, quantumvis utrobiq; exer-  
citatus, cursim se visurū, qvæ ad cognoscendum, vel prænoscen-  
dum, qvaqva etiam ratione, reqviri haec tenus intellectimus. Tam  
enim nemo subducta ratione ad medicinam est, qvi non opus  
tempore ad ea videndum habet, qvæ ad artē recte faciendam  
scitu necessaria sunt. Omnino igitur, ille sæpe ægrum videat, imo  
& adsidet, neq; multum ab ipso recedat, necesse est, qvi & per-  
videre præsentia, & prævidere futura satagit. Qvam primum ve-  
ro medicus accessit, protinus dare operam debet, ut naturam  
morbi, qvem curaturus est, penitus perspectum eat. Hanc autem  
conseqvi, partim interrogando, partim observando debemus.  
Qvæ enim nos latent, interrogando discimus. Qvæ autē illa sint,  
& qvæ methodo debeant reqviri, id est, qvod Erōtematicæ refer-  
vamus. Qvæ ex observatione discenda sunt, plura sunt: potiora  
tamen, qvæ ad faciem & pulsum atq; urinas pertinent. Certe in-  
primis ægri facies spectanda, sitne vel sanæ vel sui saltem similis,  
nec ne. Ob qvam causam medicus neq; in tenebris, neq; à capite  
ægri debet resideré; sed illustri loco adversus eum, ut omnes no-  
tas, maxime ex vultu cubantis perspiciat. De pulsu ignorandum  
non est, varia esse, qvæ eum, præter morbum, concitent ac resol-  
vant. Præ aliis tamen, & metus, & ira, & qvilibet aliis animi affe-  
ctus.

etus. Adeo etiam, ut, cum primum medicus venit, solicitude æ-  
gri dubitantis, qvomodo ille se habere videatur, eum moveat.  
*conf. Cels. III. 6.* Ob qvam causam, periti medici est, non protinus  
ut venit, apprehendere manu brachium; sed primum residere  
hilari vultu, percunctariq;, qvemadmodum se habeat; & si quis  
ejus metus est, eum probabili sermone lenire; tum deinde ejus  
carpo manum admoveare, & diu relinqvere, atq; in silentio vena-  
rum motus, nunc pressa manu, nunc suspensa, aut media observa-  
re, & inter se diligenter conferre, neq; sic tamen his omnia cre-  
dere. Urinæ vero cum aliæ omnes inspiciendæ, tum potissimum 10  
matutinæ, & qvæ post paroxysmos redduntur: neq; semel tantū,  
sed eadem sæpius, si licet. Nam & primum redditas videre, & post  
paucas horas expedit; & exceptas matula vitrea apta, & servatas  
idoneo loco, neq; vel jactatione alteratas, nedum ad ignem reca-  
lefactas. His enim servatis opus, qvi cavere vult, ne se vesica deci-  
piat. In omnibus vero istis, qvo & singula examinare, & cuncta  
penetrare queat, animo medicus defecato sit, & ab omni affectu  
vacuo. Qvo vel in primis opus est præ sagire, qvod futurum est,  
volenti. Cujus causa etiam cuncta consideret & perpendat, qvæ  
nos vel metu terrere, vel spe fovere queunt. Neq; facile etiam  
tunc ad præ dicendum qvis accedat. Qvum de eventu pronunci-  
andum est, aperte id fiat: ea cautione tamen, ut servetur posticū  
apertum. Si qvid boni nunciare licet, apud ægrum fiat, ut ipse a-  
nimum lætitia impleas. Si qvid mali prævides, id si scire ægrum  
inter est, ex qvovis alio potius, qvam ex te primum intelligat. U- 25  
bi gravis metus, sine certa tamen desperatione est, negligendum  
non est indicare necessariis periclitantis, in diffcili rem esse: ne,  
si victa ars malo fuerit, vel ignorasse, vel fefellisse videaris. Si de-  
sperata res est, & necesse est, moriturum ægrotantem, præ dici;  
sic te compone, tamq; invitus & magno cum tormento ad 30  
nunciandū venias. Prope enim est, ut libenter damnet, qvi cito.  
Qvamobrē potius omni modo ostende, qvam te sollicitū pericu-  
lū periclitantis habeat. Mortalium certe qvotq; sumus, nem-  
inon Dulce, in immensis posito ruinis,  
Neminem lætos habuisse vultus.

(o;)

**Q** Vis modus, & quæ lux sit decretoria Morbi,  
Quæ sit in Eventus cura locanda fide?  
Hoc opus, hic labor est Medicis edicere! verum  
ASCLEPII hoc tentat, nec malè tentat, ope  
Eiusdem Pullus JAN-ANTON nomine NEUKRANTZ;  
Qui sic si perget, magnus in arte cluet.

*Joannes Bacmeisterus,*  
*D. Med. & sup. Math. Prof. P. Fa-*  
*cult. Med. Senior & Academie*  
*p. r. Rector.*

**F**elix est Medicus, poterit qui noscere causas  
Signaq; morborum, quia vera scientia causa  
Dimidium curæ est latitantia signa latentis  
Morbi scire, boni simul & quoq; signa sagacis  
Sunt Medici, Fili nostra artis ò optime NEUCRANTZ  
Discito morborum causas & signa, peritus  
Sic artis nostra, verusq; vocaberis heres.

**Sebastianus Virdig / D.**  
P. P. & Archiater.

**S**is animo dives, sis NEUKRANTZ doctus in Arte,  
Nesciat hoc alter; scire tuum nihil est.  
Hoc bene perpendens, Medicorum pulpita scandis,  
Ut mentis monstres divitias varias,  
Et que sint mortis, que sint quoq; signa salutis,  
Et que sint morbi signa notanda mali:  
Et que presentis & que sint signa futuri,  
Clarius ostendit luce tuum specimen.

*Ausse*

*Ausis congrator: Vivis sub Numinis umbrâ,  
Ac studiis adsit Summus Fœta tuis!*

*In gratiam Politissimi Dni. Respondentis,*

*Amici sui singularis, apposuit*

*Bernhardus Barnstorff/ D.*

**A**ppetit immeritam mira ambitione coronam  
Rudis, ab hoc contrâ, qui meruit refugit.  
Ast honor inseqvitur non raro ipsum fugientes:  
Indignis titulus vergit in opprobrium.  
Sic licet effugias titulorum sarta novella;  
Te tamen hic laudis sarta novella manent.  
Nam dum de Signis morborum disseris, illâ  
Qvâ modò, cum doctis dexteritate potes,  
Qvæ tu signa putas Morbi, sunt signa Scientis,  
Signa tui ingenii, signa tui studii.  
Ex signis certis morbus cognoscitur omnis:  
Ex hoc discursu nobile scire tuum.  
Hinc Te dignus honos, Te gloria digna manebit:  
Fama Novum sertum necet amica tibi.

*Hec ad designandam benevolentiam Excell.*

*DN. HERMANNI BECKERI,*

*P.P. & V. Div. Pastoris*

**COMMENSALES,**

*apponere voluerunt.*

re o f



Ausis congrator: Vivas sub Numinis un  
Ac studiis adsit Summus Jova tuis  
In gratiam Politissir  
Amici sui sin  
Bernhard



**A**ppetit immeritam mira ambit  
Rudis, ab hoc contrà, qv  
Ast honor inseqvitur non rarò ipsun  
Indignis titulus vergit in oppro  
Sic licet effugias titulorum sertar no  
Te tamen hic laudis sertar nove  
Nam dum de Signis morborum diss  
Qvâ modò, cum doctis dexteris  
Qvæ tu signa putas Morbi, sunt sig  
Signa tui ingenii, signa tui stud  
Ex signis certis morbus cognoscitur  
Ex hoc discursu nobile scire tui  
Hinc Te dignus honos, Te gloria di  
Fama Novum sertum necet at  
*Hec ad designand.*  
**DN, HERM**  
**P.P. & I**  
**CÖN**


e o





nutatio, terror in somno, paroxysmi vel convulsivi; deliria, dorsi tensio & pulsatio poris, ardor & prurigo cutis, spiratio anhenis, oscitatio, cordis palpitatio, pedum treles, undosi, crebri, inæqvales & interdum è naribus stilla largiorve fluxus non continuus, faciei & oculorum rubor, vox rauca, & inæqvalis.

LXXI. Atq; hæc qvidem de usu signorum ut & regulas Utendi aliquas tradamus. Contentum vult ex signis capere, eum adferre & utramvis exactam oportet. Una est corporis qvisita: altera est Symptomatum, per me Gal. I. loc. aff. I. Nemo speret autem, qvantus citatus, cursim se visurū, qvæ ad cognoscendum, qvaqva etiam ratione, reqviri hasten enim nemo subducta ratione ad medicinam tempore ad ea videndum habet, qvæ ad arscitu necessaria sunt. Omnino igitur, ille sacerdos & adsidet, neqve multum ab ipso recedat, videre præsentia, & prævidere futura satagit medicus accessit, protinus dare operari morbi, qvem curaturus est, penitus perspectus conseQUI, partim interrogando, partim observando. Qvæ enim nos latent, interrogando discimus & qvæ methodo debeant reqviri, id est, qvocamus. Qvæ ex observatione discenda sunt, tamen, qvæ ad faciem & pulsum atq; urinas primis ægri facies spectanda, sitne vel sanæ nec ne. Ob qvam causam medicus neq; in teægri debet residere; sed illustri loco adversitas, maxime ex vultu cubantis perspiciat. Non est, varia esse, qvæ eum, præter morbus, præ aliis tamen, & metus, & ira, & qvili-



the scale towards document

Patch Reference Chart TE63 Serial No. [redacted]

235  
, motusq;  
iversi cor-  
cca & ina-  
leni, mol-  
sanguinis  
næ, vomi-  
utis aspera  
ultimum,  
o emolu-  
notitiam,  
omen ac-  
mparata.  
ijq; exer-  
ænoscen-  
nus. Tam  
non opus  
ciendam  
deat, imo  
vi & per-  
mum ve-  
naturam  
ne autem  
ebemus.  
illa sint,  
cæ refer-  
potiora  
Certe in-  
similis,  
à capite  
nnes no-  
randum  
ac relo-  
mi affe-  
ctus.